

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CCXII. Christus Apostolis In Vespera Paschatis Apparet.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

fide plenè confirmarentur. Illis igitur renunciabant & enarrabant quæ gesta erant in via, & quomodo fuisset agnitus ipsis in fractione panis. Sic ergo utrinque; illorum studia & colloquia pulcherrimè congruunt. Discipuli Emaunte reversi afferunt reliquis nuncium de Christi resurrectione, sed inveniunt eos de eodem argumento differentes, quòd scilicet verè Christus resurrexerit, & Simoni Petro apparuerit. Mox adierit ipse Christus sanctissimi hujus Concilii præses & exarchus seipsum redivivum exhibens & resurrectionis suæ fidem in ipsorum animis confirmans, ἐξήγησεν est enarrare, explicare, ordine recensere Act. 10. v. 8. c. 15. v. 12. & 14. c. 21. v. 19. & verbum hoc propriè pertinet ad sacra, ἐξηγησεν enim dicti fuerunt, qui interpretabantur res ad cultum Deorum pertinentes, quos dixeris interpretes Sacrorum. Joh. 1. v. 18. usurpatur de Christo, per quem consilium suum de salute nostra Deus nobis manifestavit: Deum nemo vidit unquam, Filius, qui est in sinu Patris, ipse ἐξηγήσατο ἡμῖν enarravit nobis. Ut ergo audierant Christum enarrare & explicare vaticinia Prophetica, ita vicissim eadem sine ulla vel additione vel mutatione enarrarunt reliquis, discipulis, eam enim demum legitima & salutaris est Scripturæ ἐξηγησις, quæ ex Christi ore petitur. LXX. utuntur pro ἵερο ordine recensuit & enarravit. Quomodo autem conciliandum sit illud ἐν αὐτοῖς φωνῆς, quod Lucas dicit, Apostolos & reliquos qui cum illis erant, testatos fuisse, Christum ὄντως resurrexisse, Marcus contra asserat, neque horum duorum de resurrectione Christi nuncio fidem fuisse adhibitam, de eo diximus superius; & ex verbo ὄντως colligitur, quosdam statuisse οἰοῦντως resurrexisse Christum & phan-

tasma quoddam esse, quod mulieribus ac Petro apparuerit, quibus reliqui contradicentes pugnarunt, Christum ὄντως surrexisse, sed Christus ex improviso interveniens huic disputationi mox finem imponet. Atque hæc est qualiscunque; explicatio suavissimæ hujus Historiæ, ex qua apparet, quòd Christus resurgens ex sepulchro secum attulerit 1. cor sociales libenter enim se associat his, qui de ipso loquebantur, per resurrectionem particeps factus est summæ gloriæ & majestatis, sed hæc gloria non immutavit benevolam ipsius erga nos affectum, quò minus nobiscum conversari ipsum delectet Prov. 8. v. 31. Joh. 14. v. 23. 2. cor amicum & compatiens, erat magna fidei infirmitas in his discipulis, quam Christus patienter tolerat Heb. 4. v. 15. non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Esa. 42. v. 2. calamum quassatum non confringit & linum fumigans non extinguit. 3. cor didacticum, instruit enim hos discipulos ex Scripturis de sua resurrectione, interpretatur illis Scripturas &c. idem adhuc nobis præstat per ministerium verbi. Equum igitur est, ut & nos erga Christum ex mortuis resuscitatum geramus 1. cor desiderans, quod pium cordis nostri desiderium, piis de ipso colloquiis testatum faciamus. 2. cor docile & obediens, sicut hi discipuli patienter ferunt suas infirmitates taxari & concioni Christi diligenter auscultant. 3. cor ardens, non desiderio & amore terrenorum, non flammis libidinum, iræ & odii, sed amore Christi &c. quæ omnia latius deduci & explicari possunt.

Vespera, quinimò mundi nox ingruit ipsa,
Jesu, nobiscum dulcis amice mane.

CAPUT CCXII.

CHRISTUS APOSTOLIS IN VESPERA PASCHATIS APPARET.

MARC. 16. v. 14. LUC. 24. v. 36. JOAN. 20. v. 19.

RATIO ORDINIS.

Svavissimam illam Historiam de apparitione Christi factâ discipulis in Emaus ab euntibus sequitur manifestatio Christi discipulis unâ omnibus (excepto Thoma) congregatis in vespera Paschatis facta, Marcus enim hanc manifestationem cum reliquis eo modo connectit, ut dicat, Christum primò omnium apparuisse Mariæ Magdalena, & τὰ αὐτῶν duobus euntibus in agrum, ὑσπερον, novissime Apostolis, ubi respicit ad ordinem manifestationum ipso resurrectionis die factarum, inter quas prima Mariæ Magdalena, intermedia euntibus in Emaus, & hæc postrema Apostolis facta. Lucas ordinem manifestius indicat. Commemorat enim quòd duo il-

li discipuli, quibus Christus in Emaus sese manifestaverat, illâ ipsâ adhuc vesperâ Hierosolymam reversi invenerint congregatos undecim Apostolos & alios cum ipsis, quibus exposuerint ea, quæ in via contigerant & quomodo in fractione panis Christus ab ipsis cognitus fuerit; ipsi vicissim audierunt manifestationem Petro factam, cum ergo de his invicem colloquerentur τὰ ἅπαντα αὐτῶν λαλῆντων Christum in medio eorum stetit asserit. Joannes hanc manifestationem subjungit illi, quæ Mariæ Magdalena facta est, sed ordo Historiæ apud Marcum & Lucam ostendit inferendam esse loco intermedio eam, quæ contigit euntibus in Emaus.

HISTORIA DE MANIFESTATIONE CHRISTI FACTA DISCIPULIS IN VESPERA PASCHATOS, THOMA ABSENTE.

MARC. 16.

14. Τότερον, αὐταπεινώσας αὐτοῖς ὡς ἑνδεκά εἰσενεώθη καὶ ὠνεῖδισεν τῶν ἀπιστιῶντων καὶ σκληροκαρδίων ἐπὶ τοῖς ἑσπασμένοις αὐτὸν ἐζηγγημένον σακ. ἑπίστ. β. σεν.

14. Postea discumbentibus illis undecim apparuit, & exprobravit illis incredulitatem suam, & cordis duritiam, quod his, qui ipsum viderent resuscitatum, non credidissent.

LUC. 24.

36. Ταῦτα ἢ αὐτῶν λαλόντων αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς ἐστὶν ἐν μέσῳ αὐτῶν καὶ λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν.

36. Dum autem haec loquuntur, stetit Jesus ipse in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.

37. Πληθέντες ἢ καὶ ἐμφοβοὶ ἡσυχάζοντες ἐδόκουν πνεῦμα θεοῦ ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς.

37. Expavescati verò & contreriti existimabant se Spiritum videre.

38. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, πῶς παρεργαζόμενοι ἐστέ καὶ διὰ τὴν ἀλογισμῶν αἰετῶν ἐσθλῶν ἐν τῶν καρδιῶν ὑμῶν;

38. Et dicit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus vestris?

39. Ἴδετε τὰς χεῖρας μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτός ἐγώ εἰμι. ψαλαφῆσατε με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὄστα σακ. ἐχέει, καθὼς ἐμεῖ θεωρεῖτε ἔχοντα.

39. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videris habentem.

40. Καὶ τὸ εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

40. Et cum haec dixisset, ostendit eis manus ac pedes.

41. Ἐπὶ ἢ ἀπιστούντων αὐτῶν δὲ τὸ χαρῆς καὶ θαυμαζόντων εἶπεν αὐτοῖς, ἐχέτε τὴν βρωστικὸν ἐν τῷ σάκ.

41. Adhuc autem illis non credentibus pro gaudio, & mirantibus, dixit eis, habetis aliquid edulii hic?

42. Οἱ ἢ ἐπέδωκεν αὐτῷ ἰχθὺς ὁ ὅστις μέρος καὶ δότος μελισσῶν καὶ κηρίων.

42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi & aliquid de saxo apiario.

43. Καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε.

43. Et accepit & in conspectu illorum comedit.

44. Εἶπε ἢ αὐτοῖς ὅτι ὁ λόγος, ὅς ἐλάλησεν πρὸς ὑμᾶς ἐπὶ ὧν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ προφητεῖα ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆος καὶ προφητῶν, καὶ ψαλμοῖς πρὸς ἐμεῖ.

44. Et dixit ad eos, haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc vobiscum essem, quod necesse foret impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me.

45. Τότε διώκειν αὐτῶν τὸν νῦν, & σκηνῶν τὰς γραφάς.

45. Tunc aperuit illorum mentem, ne intelligerent Scripturas.

46. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἔτι δεῖ πληρωθῆναι καὶ ἄλλας εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.

46. Et dixit eis, quod sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertio die.

47. Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἀφεσιν ἁμαρτιῶν ἐν παντί τῷ κόσμῳ ἀπὸ ἱερουσαλὴμ.

47. Et predicari in nomine eius poenitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes initio facto ab Hierosolymis.

48. Ἔμεῖς ἢ ἐστέ μάρτυρες τούτων.

48. Vos autem testes estis horum.

JOHANN. 20.

19. Οὐσὴς ἐν ὀψίᾳ τῇ ἡμέρᾳ τῇ μίᾳ τῶν σαββάτων καὶ τὸ θυρῶν κεκλεισμένων ὅπως ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸ φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ ἰησοῦς καὶ ἐστὶν ἐν τῷ μέσῳ καὶ λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν.

19. Cum ergo vespers esset die illo, qui erat unus Sabbatorum, & fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit Jesus stetitq; in medio, & dicit eis: Pax vobis.

20. Καὶ τῶν εἰπῶν ἐδείξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὸν πλευρῶν αὐτοῦ. ἐχάρησαν ἄρα οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸ κύριον.

20. Et cum haec dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino.

21. Εἶπεν ἄρα αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς πάλιν, εἰρήνη ὑμῖν, καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ πατήρ, καὶ γὰρ πέμψω ὑμᾶς.

21. Dixit ergo eis Jesus iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

22. Καὶ τῶν εἰπῶν ἐνεφύσησεν καὶ λέγει αὐτοῖς, λαβετε πνεῦμα ἅγιον.

22. Haec etiam dixisset, flavit in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum.

23. Ἄντην ἀφεσιν τὰς ἁμαρτίας, ἀφέντω αὐτοῖς, ἀντὶν κερῆτε κερῆτε κερῆτε.

23. Quorumcumq; remiseritis peccata, remittuntur eis, quorumcumq; retinueritis, retenta sunt.



DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM
HUIUS HISTORIÆ.

Verba illa Marci ὕστερον ἀνακείμενοις αὐτοῖς τοῖς ἐνδεκα ἐφανερώθη primò intuitu videntur agere de apparitione facta discipulis in die ascensionis, i. cum addatur vox ὕστερον, quæ ultimam Christi manifestationem denotare videtur. 2. cumq; undecim discipulis in hac manifestatione Christus dicitur apparuisse, jam verò in ea, quam Lucas & Johannes describunt, tantummodo decem discipulis Christus apparuerat, Thomas enim aberat. 3. deniq; apud Marcum his verbis immediatè subjungitur mandatum de prædicando Evangelio in universo terrarum orbe, quod in ultima demum manifestatione ipsis à Christo datum esse ex Matthæo apparet. Hanc sententiam Augustinus & alii ex veteribus sequuntur, quorum vestigiis insitit Baronius an. 34. num. 186. Sed cum haudquaquam probabile videatur, Christum in ultima apparitione discipulis ἀπιστίαν & σκληροκαρδίαν exprobrasse, siquidem per crebras apparitiones intra quadraginta dies aliquoties ipsis factas ad plenam resurrectionis fidem jam perducti erant, ideò hæc verba Marci rectius referuntur ad primam Christi manifestationem discipulis unà congregatis in ipso resurrectionis die circa vesperam factam; quæ sententia confirmatur ex eo, quod ultima apparitio discipulis facta contigit in monte Galilææ, ubi acceperunt mandatum de Evangelio in toto orbe prædicando Matt. 28, 16. hæc verò manifestatio, de qua Marcus hoc loco agit, dicitur facta ἀνακείμενοις αὐτοῖς, cum in mensa recumberent, vel certè in triclinariis suis lectis remotà mensa adhuc sederent, id quod in monte Galilææ factum esse non est verisimile. Nec verisimile est sub ipsum assumptionis tempus Christum cum discipulis suis cibum sumsisse, siquidem per varias apparitiones ad fidei ἀληθεύσασθαι jamdum perducti erant Apostoli, ut confirmatione illa per manducationem non amplius indigerent. Respondemus igitur argumentis initio propositis, i. quòd Marcus voce ὕστερον non respiciat ad ordinem manifestationum in genere, quasi inter eas hæc fuerit omnium ultima, sed ad ordinem manifestationum, quæ contigerant ipso resurrectionis die, id quod ex textu satis perspicuè apparet, dicit enim v. 9. *Christus postquam mane in prima Sabbathi resurrexerat, apparuit primo πρώτον Mariæ Magdalena, v. 12. subjungit, posthæc μετὰ ταῦτα apparuit duobus euntibus in Emaus, v. 14. tandem addit, ὕστερον novissime apparuit undecim discipulis, ex quo non obscure colligitur, Marcum αἰς ἐν Συνάψει describere voluisse manifestationes Christi ipso resurrectionis die factas, inter quas hæc fuit omnium ultima, adde quòd ὕστερον propriè significet postea, deinde, non autem novissimè. 2. Secunda ratio movet quosdam, ut hæc verba Marci referant ad Historiam manifestationis post octiduum factam discipulis præsentem Thomæ, cui incredulitatem suam Christus exprobravit, tunc enim numerus undenarius fuit completus. Sed vox ὕστερον omninò respectum*

habet ad præcedentes manifestationes ipso resurrectionis die factas, adde quòd non unius Thomæ, sed indefinitè vel omnium vel multorum ἀπιστίαν & σκληροκαρδίαν Christus accusasse à Marco dicitur. Ad argumentum igitur respondemus, post suspendium Judæ hoc fuisse generale Apostolorum nomen, ut vocarentur undecim, quia ex usu Scripturæ maxima pars retinet nomen totius. Sic Lucas c. 24. v. 33. eadem phrasi dicit, duos illos, quibus Christus in Emaus apparuerat, Hierosolymam reversos invenisse congregatos ὁδῷ ἐνδεκα undecim discipulos, à quibus tamen abfuisse Thomam ex Johanne constat. Sic septemviri in Comitibus dicuntur congregati, si vel maximè unus eorum absit. Plura hac de re diximus superius. 3. Quamvis Marcus mandatum de prædicatione Evangelii in universo orbe immediatè subjungat narrationi de apparitione Christi, tamen ex argumentis superius adductis colligitur inferenda esse ea, quæ quadraginta diebus inter hanc apparitionem & promulgationem istius mandati intermedium contigisse reliqui Evangelistæ commemorant, quæ à Marco brevitaris studio sunt prætermissa. Quando autem facta est exprobratio illa incredulitatis, cujus Marcus meminit? Quidam in primo statim ingressu post usitatum salutationem eam esse factam autumant, cum non sit verisimile, post ocularem resurrectionis probationem discipulis ad fidem ejus jamdum adductis de incredulitate eos esse reprehensos. Sed quemadmodum Christus euntibus in Emaus primum amicè conversatur, postea demum eos increpat, quod sint tardi corde ad credendum omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ Luc. 24. v. 25. ita probabile est, ipsum etiam hoc loco prius manum ac pedum ostensione itemque manducatione resurrectionem discipulis suis comprobasse ac tum demum incredulitatem eorum accusasse, quòd noluerint fidem adhibere illis, à quibus ipsum resurrexisse & vivum conspectum esse audierant, ita ut necesse fuerit ipsum coram sese illis exhibere intuumdum ac manibus palpandum, verba igitur Marci in Harmonia ad locum illum referemus. Denique promissionem de missione Spiritus sancti propositam in verbis illis Christi apud Lucam καὶ ἰδὲ ἐγὼ ἀποστέλλω &c. Augustin. lib. 3. de cons. Evang. cap. 25. existimat in prima hac apparitione discipulis in vespera diei Dominica facta fuisse editam, cum immediato & indivulso nexu cum præcedentibus cohæreat, sed concinnius est referri eam ad ultimam Christi apparitionem in die ascensionis factam, ut colligitur ex Act. 1. v. 4. Quòd si namque in prima statim apparitione Christi mandatum dedisset discipulis, ut Hierosolymis promissum Spiritus sancti donum expectarent, nunquam abirent postea piscatum Joh. 21. v. 1. adde quòd solennis illa manifestatio in Galilæa adhuc restabat.

HARMONIA HUIUS HISTORIÆ.

Ἰστορίαν, ἀνακειμένην αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, πάλιν (22) αὐτῶν λαλῶντων ἀποφύσας τῆ ἡμέρῃ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῆ σαββάτων καὶ τῷ θυρῶν κλεισθέντων ὅπως ἦσαν οἱ μαθηταὶ συναγμένοι διὰ τὴν φόβον τῶ Ἰουδαίων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἦλθεν, ἐστὶν εἰς τὸ μέσον αὐτῶν, καὶ ἐμὲσω λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν. Πισθεῖτε, καὶ ἐμφοβοὶ ἦστε, ἵνα πνεῦμα θεοῦ εἶναι, καὶ εἶπε αὐτοῖς, ἵνα τετραγώνω ἐστέ καὶ διὰ τὴν ἀλαστοργίαν αὐαθεύουσιν ἐν τῆς καρδίαις ὑμῶν; ἰδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι. Ἐψηλαφῆσατέ με καὶ ἰδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὄστα οὐκ ἔχῃ, καθὼς ἐμὲ θεοῦ εἶτε ἐχούσα. καὶ τὸ εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. ἐχάρησαν ἐν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸ κυριον. ἐτι ἡ ἀπιστιῶν αὐτῶν ὅσοι τῆ χάρει, καὶ θωμαζόντων εἶπεν αὐτοῖς, ἐχέτε τὴν θρωστικὸν ἐν τῆς χεῖρας; καὶ ἡ ἐπιδωκίαι αὐτῶν ἰησοῦς ὅπως μετὰ καὶ ὁδο μελιόσις κηρύξῃ. καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἄρτον, καὶ ἀνείδισεν τὴν ἀπιστιῶν αὐτῶν καὶ σελήνη κεκαρδίαν ὅτι τῆς θεοσαυρίας αὐτῶν ἐρηζομένην οὐκ ἔπιστευσαν. εἶπε ἡ αὐτοῖς, ἔτι οἱ λόγοι, καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἐτι ὡν αὐτῶν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως καὶ προφηταῖς, καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. τότε διηγοῖται αὐτοῖς τὸν ἔξ ὀνειδίον τὰς γραφῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἔγω γεγραμμαι, καὶ ἔσται ἐδὲ πάλιν τὸν χριστὸν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ, καὶ κηρύξῃναι ὅτι τῶ ὀνόματι αὐτῆ μετανόησαν καὶ ἀφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεξάμενον ὁδο ἱερουσαλήμ. ὑμᾶς ἦ εἰς μαρτυροῦν τῶν. εἶπεν ἡ αὐτοῖς πάλιν Ἰησοῦς, εἰρήνη ὑμῖν, καθὼς ἀπέσταλκε με ὁ πατήρ, καὶ ἄνε μὲ μὴ ὑμᾶς. καὶ τὸ εἰπὼν ἐνεφύσησε ἐν λέξει αὐτοῖς, λαβετε πνεῦμα ἅγιον, ὡ τινῶ ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφῆνται αὐτοῖς, ὡ τινῶ κροσῆτε, κεκαρδίτων.

Postea discumbentibus illis undecim apparuit. Dum (enim) hæc loquuntur, cum vespem esset die illo, qui erat unus Sabbathorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus ipse, ac stetit in medium eorum, & in medio dicit eis: Pax vobis. Expavescisti verò & conterriti existimabant se Spiritum videre, & dicit eis: Quid turbati estis? & quare cogitationes ascendunt in cordibus vestris? Videre manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Gavisus ergo sunt discipuli viso Domino. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus, dixit eis: Habetis aliquid edulii hic? At illi obtulerunt ei partem piscis asii & aliquid de fava apiario. Et accepit & in conspectu illorum comedit. Et exprobravit illis incredulitatem suam, & cordis duritiam, quod his, qui ipsum vidissent resuscitatum, non credidissent. Dixit autem illis: Hæc sunt verba, que locutus sum ad vos, cum adhuc vobiscum essem, quod necesse foret impleri omnia, que scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illorum mentem, ut intelligerent Scripturas. Et dixit eis, quod sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertio die. Et predicari in nomine ejus penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes initio factò ab Hierosolymis. Vos autem testes estis horum. Dixit ergo eis Jesus iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, flavit in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quorumcumq; remiseritis peccata, remittantur eis, quorumcumq; retinueritis, retenta sunt.

Exegesis hujus Historiæ.

Christus ipso resurrectionis die apparuerat, primò Mariæ Magdalena, deinde mulieribus reliquis ad sepulchrum contententibus, post hæc Apostolo Petro, consequenter duobus discipulis in Emaus euntibus, tandem verò discipulis unâ congregatis apparere voluit, idque propter has causas: primò quia priores apparitiones fuerant particularis, uti Mariæ Magdalena, uni Petro, duobus in Emaus euntibus, vel si fortè pluribus, tamen mulieribus factæ, unde à D. Paulo in enumeratione manifestationum præmittuntur 1. Cor. 15. v. 5. 6. 7. præter solam illam quæ Petro primario & fidei satis probatæ Apostolo contigit; voluit igitur Christus particularibus illis apparitionibus generalem quandam succedere factam discipulis unâ congregatis omnibus velut testibus à Deo præordinatis. Act. 10. v. 4. 1. deinde, quamvis mulieres Apostolis visionem Angelorum & testimonium eorum de Christi resurrectione nunciarent, tamen fidem illis adhibere noluerunt Luc. 2. 4. v. 11. cum ex Petro & duobus in Emaus euntibus ipsius Christi apparitionem intelligerent, dicunt quidem, surrexit Dominus verè & apparuit Simoni Luc. 2. 4. 3. sed apparet ex versu 41. fidem illam fuisse adhuc satis languidam, ac plures ipsorum adhuc plane incredulos fuisse. Christus

igitur seipsum non minùs reliquis discipulis, quàm Petro & euntibus in Emaus vivum exhibere atque in multis testimoniis multis evidentibus argumentis resurrectionem suam comprobare voluit, ut ab incredulitate eos liberaret & in fide hujus articuli confirmaret. Denique cum non solum unus itemque alter ex discipulis, sed omnes æquè debuerint esse resurrectionis Dominicæ testes Luc. 2. 4. v. 48. Act. 1. v. 8. c. 10. v. 41. idè aliorum solummodo relationi fidem eorum in niti noluit, sed oculos ejus rei; quam reliquis confirmare debebant, testes esse voluit, idè què ipsi unâ congregatis omnibus non semel, sed aliquoties post resurrectionem suam apparuit manducans ac bibens cum ipsis, inter quas apparitiones hæc est prima, quæ in hac pericope describitur, cujus singulas circumstantias expendemus.

1. Temporis notitio. Johannes dicit, Christum apparuisse discipulis τῇ μιᾷ τῆ σαββάτων primâ Sabbathorum, neve dubitatio restaret, quam seriam primam intelligeret, addidit ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ, in illa ipsa die, quâ Christus resurrexerat; & Mariæ Magdalena apparuerat. Lucas ipso ordine temporis circumstantiam exprimit, refert enim, discipulos illos,

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.



illos, quibus Christus in Emaus apparuerat, Hierosolymam reversos reliquis undecim ea, quæ audierant & viderant, exposuisse ac vicissim de apparitione Christi Petro facta ab ipsis edoctos fuisse, cum ergo de his invicem colloquerentur τῶτα αὐτῶν λαλῶντων, stetit Christus in medio eorum. Cur verò illa ipsa resurrectionis die Christus voluit discipulis apparere? Angelus resurrectionem Christi mulieribus manifestans in Galilæam eos abire jusserat, additâ promissione, quod ibi eum visuri sint Matth. 28. v. 7. Marc. 16. v. 7. quinimò Christus ipse hanc concionem & promissionem Angeli confirmaverat, dicens mulieribus: *Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt* Matth. 28. v. 10. Cur igitur non expectat Christus, donec in Galilæam Apostoli abirent? Respon. tribuendum hoc est fervori caritatis in Christo, à qua ita urgetur, ut ipso resurrectionis die discipulis apparens ab incredulitate eos quamprimum liberaret, prædictionis suæ certitudinem & resurrectionis veritatem ipsis confirmando. Tertiâ die se resurrecturum sæpius prædixerat, ideo noluit quartum vel quintum diem expectare, sed ipso die tertio se redivivum ipsis exhibuit, ut non solum resurrectionis, sed etiam prædictionis suæ tempus ejusdem concernentis veritatem demonstraret. Euthymius in cap. 28. Matth. *Non mentitus est Christus, quod stultè dixit Julianus, quasi promiserit se in Galilæa videndum esse, & Hierosolymis se eis visendum præbuerit. Sed hoc complevit promissum, visus ab eis postmodum in Galilæa, donavit autem & alteram gratiam, prius eis apparens Hierosolymis, ut & mororem eorum solveret, & mulierum verba confirmaret &c.* Huic generali temporis notationi subjungitur specialis, quæ scilicet diei parte hæc apparitio contigerit? Johannes dicit, factum id esse ὅσπας ὀψίας scilicet ὡρας cum esset vespera, sed ex contextu Lucæ apparet, multa de nocte hanc apparitionem esse factam. Cum enim discipuli Emaunti essent proximi, dicunt, πρὸς ἐμαυρῶν ἔδει, καὶ κέκλιμεν ἡμέραν, Luc. 24. v. 29. redierunt autem Emaunte Hierosolymam ad discipulos reliquos, antequam Christus illis appareret, quod si ergo horæ dimidium vel quadrans tribuatur cœnæ Emaunticæ, tres horæ itineri versus Hierosolymam, inde colligitur, non ipsâ vesperâ, sed tribus ad minimum horis post Solis occasum, adeoque multâ de nocte Christum apparuisse, quomodo igitur hæc concilianda? Resp. ὀψία ὡρα commodè extendi potest ad seram usque noctem, descendit enim ab ὀψέ serâ, ergo Johannes non designat crepusculum sive primum noctis initium, sed simpliciter significat transacto die, post Solis occasum, adeoque inter noctis tenebras Christum venisse, addit enim fores fuisse clausas, quæ circumstantia nocti potius quam vespertino tempori præcisè sumto congruit. Marc. 13. v. 35. ὀψία notat totum illud tempus, quod est inter Solis occasum & μεσονύκτιον, quæ significatio huic loco optime congruit. Matth. 14. v. 15. dicuntur ὀψίας ἠλωδῶν discipuli ad Christum accessisse. v. 23. dicitur ὀψίας ἠλωδῶν Christus fuisse solus, hæc non possunt aliter conciliari, quam ut ὀψία sive vespera priori loco notet tempus occasui Solis proximum, posteriori verò loco tempus post Solis occasum, quod usque ad mediam noctem se extendit, Exod. 12. v. 6. jubetur agnus Paschalis mactari inter duas

vesperas, in quem locum sic scribit R. Abenezra. *Una vespera est Solis, tempus quo occidit Sol & absorbetur super terram: vespera secunda est lux, splendor sive irradiatio illa, quæ post occasum ejus in nubibus aliquandiu apparet, hæc durat ad horam unam & partem tertiam horæ.* In V. Test. tantum semel occurrit vox ὀψίας Judith. 13. v. 1. ὡς ὀψία ἐγένετο cum esset sera vespera, quia procul dubio in multam noctem compositio erat producta, ideo Lutherus reddidit, *da es sehr spathmar; ita quoque hoc loco non incipiens sed sera vespera in noctem producta intelligitur, sicque ad diem potius sequentem, quam ad ipsum resurrectionis diem hæc manifestatio referenda erit, si Judæorum computationem sequi velimus, qui à vespera diei initium faciunt.* Quare autem vesperâ demum Christus apparere voluit discipulis? voluit prius explorare ipsorum fidem, an scilicet credere velint testimonio eorum, qui ipsum redivivum conspexerant, idque ipsis renuncia verant, unde etiam postea ἀπιστίαν & σκληροσυναδίαν illis exprobrat, quod non crediderint illis, qui ipsum conspexerant resuscitatum Marc. 16. v. 14. Quemadmodum olim Filius Dei in Paradiso post lapsum protoplaston circa vesperam ad auram diei venerat ad primos Parentes editâ promissione de semine mulieris contrituro caput serpentis, Genes. 3. vers. 8. & 15. ita quoque hoc loco circa vesperam venit ad discipulos allato lætissimo nuncio, quod per passionem ac resurrectionem suam caput serpentis infernalis contriverit, veram quietem animæ retulerit, atque omnia per lapsum amissa humano generi repararit. Quemadmodum columba tempore vespertino folium olivæ ad arcam Noæ afferebat, Genes. 8. v. 11. ita quoque hoc loco Christus, super quem Spiritus sanctus in specie columbæ descenderat Matth. 3. v. 16 circa vesperam ad discipulos, Ecclesiæ repræsentantes, venit, ac suavissimum olivæ folium, hoc est, pacem conscientiæ ipsis affert. Quin hoc ipso adventu suo vespertino innuere voluit, quod in omni adversitate, quando lux temporalis felicitatis nobis occidit, cum primis verò in vespera vitæ nostræ suâ consolatione & gratiâ nobis adesse velit, ac vulnera sua nobis demonstrare, ut in illis velut in foraminibus petra conquiescere possimus Psalm. 23. v. 4. Psalm. 91. v. 15. Cant. 2. v. 14. Discipuli à tempore matutino quo primum audiverant resurrectionis Dominicæ nuncium, Christi expectaverant adventum, sed jam demum sub multam noctem ad ipsos venit: sic expectantibus ipsum Dominus sese manifestat Psal. 130. v. 6. Habac. 2. v. 3. Utque discipulis suis præ metu Judæorum conclusis circa vesperam apparet: ita quoque circa mundi vesperam nobis in carcere traditionum humanarum & regni Antichristiani conclusis apparuit, repurgans doctrinam de salutari resurrectionis fructu, quod non in meritis & satisfactionibus nostris, sed in Christi passione & resurrectione nostra coram Deo valens justitia consistit Roman. 4. v. 25. quodque sedus bonæ conscientie erga Deum per resurrectionem Christi erectum sit 1. Petr. 3. vers. 21. ut hac fide justificati pacem habeamus erga Deum. Roman. 5. vers. 1. Ad temporis notationem etiam hoc pertinet, quod Lucas dicit Christum venisse τῶτε αὐτῶν λαλῶντων, cum discipuli de his invicem colloquerentur, hoc est, dum varios sermones de Christi

Christi resurrectione ultro citroque conferrent: audiunt relationem eorum qui Emaute venerant, iisdemque apparitionem Christi Petro factam nuntiant, mox

*Improvisus adest & inobservabilis heros,
Cum clausa mansere fores, mansere fenestra,*

ut canit *Vid.* Quemadmodum Christus paulò prius se associaverat euntibus in Emaus *εὐ τῶ ὁμίῳ ἐν αὐτοῖς καὶ συζητεῖν* cum in conversatione de omnibus, quæ diebus illis contigerant, piè & amicè conferrent Luc. 24. v. 15: ita quoque hoc loco discipulis adest, cum piis de resurrectione colloquiis invicem sermocinarentur; ubi enim duo vel tres in ipsius nomine congregati, in eorum medio sese fore promisit Matth. 18. vers. 20 proinde si desideramus Christum resuscitatum nobiscum conversari, oportet piis colloquiis nos invicem excitare & informare. Coloss. 3. v. 16. *Si appropinquemus ipsi, appropinquabit etiam nobis* Jac. 4. v. 8.

2. *Modi notatio.* Johannes peculiariter hoc notat, quòd Christus venerit ad locum, in quo erant discipuli unanimiter congregati *τῶν μαθητῶν κεκλεισμένων januis clausis*, sive per januas clausas, hanc enim non esse tantum temporis notationem, sed etiam miraculosi ingressus significationem, patet ex sequentibus fundamentis. Primò enim temporis descriptio jam præcesserat *ἔσθης ὀψίας*, jam verò Spiritus Sanctus non *ταυτολογεῖ*. Secundò si esset tantummodò temporis descriptio, dixisset Evangelista Christum venisse *μετὰ τῶν μαθητῶν κεκλεισμένων* vel *ἐν τῶ κλεισθῆσαι τὰς θύρας*. Tertio scopus Evangelistæ est describere miraculosum & planè singularem Christi ad discipulos adventum, quem reliqui non expresserint. Quartò clausas fuisse fores veniente Christo, Evangelista disertè asserit, nullam verò vel minimam suspicionem præbet fores illas ipsi per Apostolorum quenquam fuisse apertas, nec dicuntur ultro patuisse, relinquuntur igitur, quod per clausas fores ad ipsos venerit. Quintò Christus non pedetentim de loco in locum progressus in medium ipsorum còtum sese insinuavit, sed ex improvviso & subito *ἐν μέσῳ ἔστη* in medio stetit, utique ergo per clausas fores transit nemi iporum id animadvertent. Sextò, Nisi Christus per clausas januas ad discipulos venisset, unde spectri suspicio in animis ipsorum fuisset orta? Septimò, Johannes subjungit vers. 30. *Christum etiam alia miracula in conspectu discipulorum fecisse*, innuit ergo hunc ingressum fuisse plane miraculosum. Octavò non defuit Christo potentia per clausas fores intrandi tum ex virtute Deitatis, secundum quam *superabundanter plura præstare potest quàm intelligimus* Ephes. 3. v. 20. tum ex dote subtilitatis corpori ejus collato, quod post resurrectionem est *spirituale & glorificatum* 1. Cor. 15. v. 45. Philip. 3. v. 21. quinimò propter purissimam & arctissimam humanæ Naturæ cum *λογῶ* unionem facilitum fuit Christo corpus suum per clausas fores discipulis præfens sistere. Nonò Christus corpore suo plura præstitit, quæ ejusdem omninò generis sunt cum hoc miraculoso ingressu. Natus est inviolatà matris virginitate, corpore in

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

ambulavit aquis, resurrexit clauso adhuc sepulchro in sua ascensione penetravit cælos, qui sunt *εἰσέωμι* quovis ferro solidius. Decimò pii veteres unanimi consensu asserunt, Christum per clausas fores miraculose ad discipulos ingressum. Hilar. lib. 3. de Trinit. *Stet corporeus, non simulatus aut fallax integer sunt omnia & obserata, sed ecce assistit medius, cui per virtutem suam univèrsa sunt pervia.* Nihil cedit ex solido, neque per Naturam suam tanquam lapsu insensibili ligna & lapides admittunt, nec corpus Domini à se deficit, ut sese resumat ex nihilo; & unde est qui assistit in medio? cedit ad hæc & sensus & sermo & extra rationem humanam est veritas facti. Nazianz. in Dramate *ἡρεῖς ὁ παροῶν Vab, vab, sile sile, ecce stat Dominus intus januis clausis, quod revera magnum est miraculum.* Quomodo quæso ingressus est januis clausis? procul dubio sicut resurrexit clauso sepulchro. Chrylostom. homil. de Johann. Bapt. *Vultis scire, quomodo de virgine sit natus & post natiuitatem mater ipsa sit virgo? clausa erant ostia, & ingressus est Jesus ad discipulos.* Idem homil. 87. in Johan. edit. Græc. *Corpus tam tenue & leve, ut clausis januis ingredere-tur, παχύτητι πείτης ἀπίδακτο, omni crassitudine carebat.* Cyrill. lib. 12. in Johan. cap. 53. *Clausis foribus repente Dominus omnipotentia suâ rerum naturâ superatâ ingressus est ad discipulos.* Nullus igitur quaerat, quomodo clausis januis corpus Domini penetraverit, cum intelligat non de homine nudo, ut nos sumus, sed de omnipotente Dei Filio hæc ab Evangelista conscribi. Nam cum Deus verus sit, non subjacet Naturæ rerum. Hieronym. in Epist. ad Pammach. adv. errores Johan. Hierosol. *Quòd clausis ingressus est ostiis ejusdem virtutis fuit, cujus est ex oculis evanescere.* Linceus (ut fabule ferunt) videbat trans parietem: *Dominus clausis ostiis, nisi phantasma fuerit, intrare non poterit? Aquila & vultures trans marina cadavera sentiunt.* Salvator Apostolos suos nisi ostium aperuerit, non videbit? *Dic mihi acutissime Disputator, quid est majus, tantam terre magnitudinem appendere super nihilum & super aquarum incerta librare? an Deum transire per clausam portam & creaturam cedere creatori? Augustin. Epist. 3. Virtus divina per inviolata matris viscera virginea membra infantis eduxit, quæ postea per clausas januas membra juvenis introduxit: hic si ratio quaeritur, non erit mirabile, si exemplum ponitur, non erit singulare.* Demus Deum aliquid posse, quod nos fatamur investigare non posse. tract. 121. in Johan. *Moti corporis, ubi divinitas erat, ostia clausa non obstiterunt, ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inviolata permansit.* serm. 156. de temp. *Quid mirum, si Dominus ad discipulos glorificatum corpus claustris stupentibus intravit, qui illaso materni pudoris signaculo januam mundi hujus intravit?* serm. 160. de temp. *Magnum miraculum, sed mirari desines, si Deum cogitaveris, mirum enim esset, si solus homo fecisset: refer ad omnipotentiam, non ad phantasi-an.* Beda in Psal. 52. *Quando Dominus noster clausis januis ad discipulos ingressus est, ibi quippe caro erat, sed Deitate, quæ eandem carnem possidebat, efficiente ita penetrabat claustra, ut sui nulla relinqueret vestigia.* Theophyl. in cap. 20. Johan. *Clausæ erant fores, ut ostenderet, quod eodem modo surrexerit superposito lapide super sepulchrum.* Gregor. homil. 26. in Evang. *Quomodo post resurrectionem corpus Domini-*

cum verum fuit, quod clausus januis ad discipulos ingredi potuit? sed sciendum nobis est, quod divina operatio, si ratione comprehenditur, non est admirabilis, nec fides habet meritum, ubi ratio humana præbet experimentum. Ibid. Quid ergo mirum est, si clausus januis post resurrectionem suam in æternum jam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto virginis utero exiit? Amphilocheus apud Theodor. Dial. 2. Christus præbens Thomæ palpandum suum corpus, ostendit *ὅτι τὸ τοῦτο*, quod idem seu illud ipsum corpus resurrexerit: quod verò januis clausis ingreditur, ostendit *ὅτι ἐκ τοῦτο*, quod jam non sit tale, sicut ante resurrectionem fuerat. Niceph. lib. 1. Histor. Eccles. cap. 34. Adest Jesus sine strepitu, taciteque spiritali & uno verbo dicam, divino corpore illo, nullo obstante impedimento, in medio discipulorum astat &c. Undecimò, qui negant Christum per fores clausas intrasse, nullam cogentem ac solidam possunt afferre sententiæ suæ rationem. Quod enim ex Phisicorum scholis dicunt, penetrationem dimensionum esse Naturæ impossibilem, ad id facile responderi potest ex ipsa Philosophia, *ὅτι δὲ μεταβάλλειν εἰς ἄλλο γένος*, 1. poster. analyt. cap. 9. & lib. 1. magn. moral. cap. 1. ex regulis ergo phisicis non sunt æstimanda, multò minùs oppugnanda divina miracula. Justin. q. 117. Fieri non potest, ut eorum que supra Naturam divina fiunt potentia, ratione naturali astruatur assertio. Hilar. lib. 9. de Trinit. pag. 196. Non subjacet Natura legibus, à quo legem omnis Natura sortitur. Hieronym. Epist. ad Vital. pag. 33. Nihil valet Natura contra Naturam Dominum, Cyrill. lib. 1. ad Regin. Ibi Deus vult, ibi Nature vertitur ordo. Et ante hos Tertullian., de resurrectione carnis pag. 87. Christus est potentior omni lege corporum. Duodecimò, inde ad eo ipse Calvinus, cujus discipuli quidam Præceptorem turpiter hac in parte deserunt, concedit ingressum hunc fuisse planè miraculosum. Sic enim scribit in comm. cap. 20. Johan. Quod Christus januis clausis venit ad discipulos, divine in illo potentia illustre specimen est. Nam quòd putant quidam, reseratas illi fuisse fores per aliquem & humano more ingressum, prorsus à mente Evangelistæ discrepat. Sic igitur habendum est, Christum non sine miraculo ingressum esse, ut documentum eaderet suæ divinitatis, quòs suos discipulos magis attentos redderet &c. lib. 4. Instit. cap. 17. §. 29. Nec januis clausis intrare tantundem valet ac penetrare per solidam materiam, sed sibi aditum patefacere divinam virtutem, ut repente steterit inter suos discipulos planè admirabili modo, cum obseratae essent fores: Videt etiam Marlorat. in cap. 24. Lucæ & cap. 20. Johan. ex quo apparet, quid de *Φλοαελας* eorum, qui negatum id eunt, sit statuendum. Martyr ferm. in 20. Johan. pag. 106. & in Dial. de Pantach. pag. 97. Fortè cesserunt januæ, fortè Christus per fenestras aut tectum ingressus est. Ursin. in Comp. pag. 605. Falsum est, quòd transierit per januas clausas, cum ei cedere potuerint. Piscat. in not. Germ. ad cap. 20. Johan. & ex eo Tossan. in notis margin. Quòd Christus per januas clausas intravit, id nec Evangelistæ dicit, nec ex verbis ejus elici potest, probabilis est, quòd januae ipsi cesserint. Similia occurrunt apud Photinianos videlicet apud Socin. in lib. quod Ev-

angelici &c. p. 393. Schmaltz. contra D. Frantz. p. 73. qui ut in aliis compluribus, ita etiam hac in parte Calvinianis assurgunt. At si fores Christo cesserunt, non amplius fuerunt clausæ, jam verò Evangelista notanter asserit clausis januis Christum in medio discipulorum stetisse, & cur malimus in egena creatura potius quàm in creatoris corpore miraculose hujus ingressus rationem quærere? Firmiter igitur in hæremus verbis textus, quòd scilicet Christus ad discipulos venerit, cum ante ingressum & in ipso ingressu januæ essent clausæ, ex quo intelligitur, quid Tossani argutiæ respondendum sit. Objicit ille, Christum hoc sine discipulis apparuisse, ut eos confirmaret de resurrectione, quòd scilicet vero ac naturali suo corpore è sepulchro surrexerit, proinde non esse verisimile, ipsum eo modo ad discipulos venisse, quo illud ipsum potuisset apud discipulos dubium reddi: sed respondemus, Christo propositum fuisse non tantum resurrectionis suæ veritatem sed etiam resuscitati corporis sui qualitatem discipulis demonstrare. Certum igitur est, Christum quidem in resurrectione sua verum & naturale corpus, ad eòs; illud ipsum corpus suum, in quo passionem ac mortem sustinuerat, è sepulchro retulisse, interim tamen corpus ejus non amplius *ὡς πρὸς* obnoxium, sed glorificatum & proprietatibus corporis spiritalis præditum esse. Quòd enim Apostolus dicit, corpora nostra post resurrectionem fore *πνευματικὰ* spiritalia 1. Cor. 15. v. 45. id multò magis de Christi corpore intelligendum est, cui corpora nostra tunc erunt *σύνμορφα*. Philip. 3. v. 21. Dicitur autem corpus spiritalis, non quia carne & ossibus destitutum in Spiritum planè mutatur, sed quia manente corporis substantia proprietatibus Spiritus exornatur. Sunt autem proprietates Spiritus, esse invisibilem, non moveri de loco in locum successivè juxta rationem hujus seculi, non indigere cibo ac potu, pertransire corpora solida nullo impedimento &c. illas proprietates electorum corpora olim consequentur, ubi voluit esse Spiritus, ibi protinus erit & corpus, de quo latè & eruditè tractat Augustin. 13. de civit. Dei cap. 23. quantò igitur magis hæ proprietates Christi corpori post resurrectionem conveniunt? unde hoc loco non necesse habet januas aperire & humano more ingredi, sed januis clausis manentibus ex improvviso in medio discipulorum astat, coram discipulis in Emaus *ἀπὸ τῆς γειτίας* Luc. cap. vigesimo quarto, versu trigesimo primo, atque ipsos cœlos in ascensione sua potest penetrare Hebr. 4. v. 14. ut hoc loco nihil dicamus de personali hujus corporis cum *λόγῳ* unione & ad dextram Patris exaltatione, per quam non solum spirituales quasdam *ἐξουσίας* ac prerogativas cum glorificatis electorum corporibus communes, sed divinam & infinitam virtutem ac gloriam est sortitum. Stolidum igitur est, ne quid dicam gravius, nolle CHRISTI corpori plus tribueretur, quàm corporibus nostris in hac vitæ infirmitate competit, cum corpus illud non solum spirituale & glorificatum sit, quo respectu supra Naturam & proprietatem corporis nondum glorificati terreni ac naturalis est eventum, sed etiam cum *λόγῳ* archèstissime & purissimè, nimirum personaliter unitum & ad dextram Patris

Patris

Patris cœlestis exaltatum, quo respectu supra Naturam & proprietates etiam glorificationum corporum longissimè euectum esse negari nullâ veritatis specie potest. Quare cum extet diferta Christi promissio, quod in sacra cœna suum corpus manducandum, & sanguinem suum bibendum nobis exhibere velit, absq; omni hæsitacione firmiter statuamus, ipsum, quod promissit, præstare posse, cum ipsius corpus præter essentialia veri corporis proprietates tales habeat prærogativas, quales nostris corporibus minimè competunt. Lutherus ingressum Christi per clausas januas eò accommodat, quod Christus verbo suo omnia externa impedimenta perumpere possit, quodq; in spiritali suo regno non faciat confusionem mundanorum, sed omnia in suo statu relinquat, quæ allegoria congruit cum eo, quod beneficia, quæ Deus per Magistratum politiarum generi humano confert sic describuntur Ps. 148, 13. Qui confortat seras portarum tuarum; quodque Clemens Alexandrinus Magistratum vocat sepimentum ac vallum Ecclesiæ.

3. *Loci notatio.* Johannes dicit, Christum venisse eò, ubi discipuli erant congregati, ac clausis foribus sese munierant propter metum Judæorum; quo verò in loco congregati fuerint, non exprimit, sed ex Luca colligitur, in urbe Hierosolyma ipsos congregatos fuisse, quia duo illi discipuli, quibus in Emaus Christus sese manifestaverat, dicuntur regressi in Hierusalem, ubi invenerunt, congregatos undecim & illos qui cum eis erant, in quorum medio postea Christus stetit. Quâ in domo congregati fuerint, Evangelistæ non ostendunt, verisimile est, quod vel in domo illa, in qua paucos ante dies Pascha celebraverant, vel in domo Johannis Evangelistæ, qui matrem Domini ad se receperat, convenerint, sicut Actor. 1 v. 13. de illis commemoratur, quod post ascensionem Christi Hierosolymam reversi ἀπέθισαν εἰς τὸ ὑπερφῶν subintellige οὐρανὸν in superiorem domus illius partem, quæ fuit Johannis Evangelistæ, si Nicephoro lib. 2. Histor. Eccles. cap. 4. id asserenti fidem habere volumus. Actor. 12. vers. 12. discipuli Christi fuerunt congregati in domo Mariæ matris Johannis, qui cognominatus est Marcus. Observandum verò hanc esse primam illam Christi post resurrectionem in urbe Hierosolyma manifestationem, quia Mariæ Magdalenæ apparuerat circa sepulchrum, reliquis mulieribus in via, quæ à sepulchro ducit Hierosolymam, duobus peregrinantibus in via, quæ Hierosolymâ Emaunte ducit, hic verò in ipsa metropoli discipulis sese manifestat, id quod arguit immensam illius Φιλανθρωπίαν & mansuetudinem. Extremâ injuriâ & ignominia ante triduum in hac urbe affectus fuerat, adeo ut igne cœlitus depluto eam exuri non fuisset mirum, sed propter discipulos & credentes, qui in ea erant, Christus ad eam redire non dubitat.

4. *Personarum notatio* quibus hæc manifestatio facta, Johannes vocat μαθητάς, quod nomen generale est non solum Apostolos, sed etiam quosvis credentes, qui Christo nomen dederunt, complectens. Notantur igitur cum primis decem Apostoli, aberant enim Thomas & Judas, interim tamen alii credentes non excluduntur, id quod ex Luca intelligitur. Nam duo illi, qui ex Emaus

redierant, dicuntur invenisse congregatos τὰς ἐνδοκαὶ καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς Luc. 24. v. 33. quibus Christus postea apparuit. Præsentes ergo fuerunt primò decem Apostoli, Petrus, Andreas, Philippus, Bartholomæus, Jacobus Zebedæi, Johannes, (qui hanc Historiam postea descripsit) Marthaus, Jacobus Alphæi, Judas Thaddæus & Simon Cananæus. qui, quare dicantur undecim, cum fuerint tantummodo decem, expositum est superius: secundò duo illi, qui paulò antè Emaunte redierant, & tertio alii quidam discipuli, inter quos procul dubio fuerunt aliqui ex septuaginta illis, quorum mentio fit Luc. 10. v. 1. itemque Maria mater Domini & aliæ mulieres fideles, ut colligitur ex Actor. 1, 14. Non apparet Christus Pontificibus nec Pilato, nec Herodi, à quibus in statu humiliationis erat spretus & contemptus: sic non videbunt Christum in gloria, qui spernunt eum in verbo Evangelii nobis oblato, quando humili specie ad nos venit. Porro de his discipulis dicitur primò, quod fuerint συνηγμένοι, Lucas habet vocem συνηθροισμένοι, congregati, id quod fraternæ dilectionis & concordie est argumentum. Ante triduum in horto oliveti fugâ dilapsi fuerant Marc. 14. vers. 50. hic verò iterum congregantur. Utraque vox in genere significat congregationem; Actor. 20. vers. 7. & 8. συναγείσθαι ulurpatur in specie de conventu Ecclesiastico, quo sensu etiam συναθροίσεσθαι accipitur Actor. 12. vers. 12. quæ significatio huic loco pulchrè congruit; discipulis enim orantibus & verbum Dei tractantibus adest Christus implens promissionem suam Matth. cap. 18. vers. 20. ubi duo vel tres συνηγμένοι in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Posset etiam hæc congregatio argumentum esse timoris, quod conjunctis viribus resistere voluerint, si vis aliqua repentina ipsis intenteretur, quia de illis secundo loco refertur, quod fores habuerint clausas, & quidem ἄρα τὸν φόβον Ἰδαίον propter metum Judæorum in passiva significatione, hoc est, metuebant sibi à Judæis. Erant in festo Paschatos profelyti ex omnibus nationibus Hierosolymæ congregati, sed non tam ipsos, quàm Judæos, hoc est, Proceres Judaici populi, Pontifices, Seniores, Scribas ac Phariseos juratos Christi hostes metuebant, ne parem cum Christo Magistro suo fortunam experiri cogentur, noverant in horto oliveti periculum non mediocre sibi imminuisse, noverant, in quanto discrimine Petrus in atrio Pontificis constitutus fuerit; noverant in prima actione Concilii Christi non solum de doctrina, sed etiam de discipulis quæsitum fuisse, cujus actionis processum Petrus viderat; noverant rumorem in urbe à custodibus sepulchri sparsum de sublato à discipulis Christi corpore; hæc omnia animos ipsorum ita percellabant, ut quidam eorum urbe maluerint excedere, quàm singulis momentis sub hac acie novaculæ versari, ut apparet ex illis, qui Emaunta abierant; reliqui verò seris ac foribus utcunque se adversus impetum hostium muniebant. Ante triduum polliciti erant, se nec mortis periculum propter Christum formidare, sed hoc loco januis ac seris se concludunt, id quod cordis humani qualitatem arguit, in prosperis audaces ac tumidi, in adversis dejecti & timidi sumus Jerem. 17. v. 9. hanc Naturæ corruptionem agnosca-

agnoscamus & temerariam virium nostrarum confidentiam caveamus. Quamvis verò hæc fuerit fidei imbecillitas in discipulis, quòd Judæorum crudelitatem tantopere metuebant (debabant esse animo præsentem propter liberationem in horto, quam unico verbo Christus ipsis impetraverat, & propter lætissimum de resurrectione nuncium, quod à mulieribus audierant) laudandum tamen in ipsis, quòd infirmitati suæ non indulgent penitus, latebras quidem quærunt ac declinandi periculi causâ fores concludunt, interim animos utrunque colligunt, ut simul maneat unâ congregati, neque huc & illuc dilabantur. Facit autem hoc ipsum ad intelligendam Spiritus sancti efficaciam. Discipuli hoc loco intra privatos parietes & fores probè clausas præ metu vix mustitare ac mutire de Christo audent, postea verò in die Pentecostes Spiritu sancto donati animis ita confirmantur, ut non amplius domi se contineant, sed publicè in mediis foris ac plateis Hierosolymæ, in qua Christus occisus erat, prædicent Act. 2. v. 14. & seqq. adeoque coràm Regibus & Principibus intrepidè Christum annunciant Act. 9. v. 15. Nimirum hoc est indui virtute ex alio, ut loquitur Christus Luc. cap. 24. v. 49. quo Spiritus robore ut & nos adversus mundi & persecutorum furorem Deus animet, suppliciter rogandus est, quia dat Deus Spiritum sanctum petentibus Luc. cap. 11. v. 13. Marcus addit, ipsos fuisse *ἀνακλιμένους*, id vulgò vertitur *discumbentes*; sed rectius accipitur pro *sedentibus* esse positum. Demonstratum enim est, apparitionem hanc circa multam noctem contigisse, quo tempore non fuisset tempestiva cœnatio. Ac si mensa fuit apposta, quomodo Christus postea quærît, an aliquid *βρώσιμον* habeant? *ἀνακλιόμενοι* igitur hic est non mensæ cœnandi causâ accumbere, sed simpliciter significat *sedere, recubare*, &c. quo modo usurpatur Marc. 5. v. 40. Suidas etiam notat *ἀνακλιόμενοι* *πρόκλινας* accipi *ἀντι* & *κατακλιόμενοι*. Ex Luca intelligitur, quòd de resurrectionis nuncio à mulieribus, Petro Apostolo & reverbis Emaunte allato invicem fuerint collocuti. Erat ferè media nox, nihilo tamen minùs de Christo & resurrectione ejus loquuntur, ex quo intelligitur ipsorum anxietas & discendi studium, quòd noctem fere pervigilem duxerint, eamque sacris colloquiis impenderint, illud quam admonitionem nobis præbeat, dictum est superius.

5. *Ipsius apparitionis descriptio.* Ea verò commodè sic distribuitur, ut consideremus 1. *τι ἐπελάλησεν* quid Christus fecerit. 2. *τι ἐηδέντο* quid dixerit in hac apparitione. Ad *τι ἐπελάλησεν* pertinet 1. *ἡ ἐν μέσῳ σταθῆς*, quòd non successivè ac pedetentim de loco in locum visibiliter progressus fuerit, sed ex improvise *εἰς τὸ μέσον* ut habet Johannes, vel ut significantius apud Lucam habetur, *ἐν μέσῳ αὐτῶν* in medio ipsorum steterit. Hæc *σταθῆς* non solum probat miraculosum ingressum, quòd corpore suo glorificato invisibiliter sese medium discipulis inferre potuit, perinde ut jam antè in statu exinanitionis per medios Nazarethanos de monte ipsum præcipitare conatos transierat Luc. 4. v. 30. atque in templo per medios Judæos invisibiliter transiens rabiem eorum fugerat Joh. 8. v. 59. sed etiam duas pulcerrimas significationes præbet, nimirum quòd Christus utpote *amicus Dei & hominum Mediator* 1. Tim. 2. v. 5. inter Deum iratum & genus humanum medius

consistens per suam passionem & resurrectionem nos Deo reconciliaverit Rom. 5. v. 10. quòdque beneficia per mortem & resurrectionem parata omnibus verè credentibus æqualiter distribuere velit. Non fastidit aut abjicit imbecilles ac meticulosos discipulos, sed medium sese illis ingerit, quia *linum sumigans non vale extingueret, nec arundinem quassat am- contere* Esa. 42. v. 3. Petrus præ reliquis gravius peccaverat, sed nulla habitâ inæqualitatis istius ratione Christus in medium discipulorum sese infert omnibus beneficia resurrectionis suæ æqualiter offerens, quin imò cum resurrectionem suam discipulis nunciare per Angelum mandaret, nominatim Petri mentionem facit Marc. 16. v. 7. *dicite discipulis & Petro*: quia is præ reliquis indigebat consolatione, eidemque primum scorsim apparet, ut colligitur ex Luc. 24. v. 34. & 1. Corinth. 15. v. 5. id quòd singulare consolationem contritis cordibus præstat. Demonstrat ergo Christus hac *σταθῆς* corporis resuscitati qualitate, amoris sui perpetuitatem, beneficiorum communitatem ac Naturæ suæ integritatem.

2. *Τὴν ἀναστάσεως ἐνδείξις.* Christus in hac apparitione totus est in eo, ut resurrectionem suam discipulis confirmet, quòd sine 1. in propria specie sese manifestat. 2. linguâ notâ eos compellat. 3. ut latus, manus ac pedes palpent, mandat. 4. in conspectu omnium manducat, ut hac ratione per sensuum ministerium ad resurrectionis fidem perducantur. Primum igitur in propria specie sese manifestat, quia *οὐκ ὤσφενδι ἰλλῖς latus, manus ac pedes in cruce perforatos*, *ἐδείξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν* dicit Johannes. Et apud Lucam inquit: *ἰδετε τὰς χεῖρας μου καὶ τὰς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγὼ εἶμι.* Latus Christi in cruce lanceâ fuerat apertum, manus ac pedes clavis transfixi, horum vulnerum vestigia Christus in corpore suo glorificato retinet, & discipulis hoc loco ea contemplanda exhibet, ut ex eo intelligant, in ipso illo corpore, quòd in cruce clavis confixum & vulneratum, ipsum resurrexisse. De his vulnerum vestigiis in Historia manifestationis Thomæ facta latius dicemus. *δεικνύειν* usurpatur de tali offensione, quæ accuratam alicujus rei contemplationem requirit, sic Matth. 8. v. 4. Marc. 1. v. 44. Luc. 5. v. 14. leprosus mundatus jubetur se *δεικνύειν* Sacerdoti, ut is accuratè contempletur, an à lepra sit mundatus. Hebr. 8. vers. 5. Moli in monte dicitur *δεικνύειν ὄσφενδον τυπίου tabernaculi*, ut accuratè illud intueretur & ad illius formam tabernaculum extrueret. LXX. usurpant pro *ἰδὲν* *vidit* & *ἴδεν* *scivit* in Hiphil *videre ac scire fecit*. Syrus hoc loco habet vocem *ܩܪܝܢ* Piel, *patescit, demonstravit, exhibuit*. Schindlerus legit *ܩܪܝܢ* à radice *ܩܪܝܢ* *vidit* in Piel, *monstravit, videre fecit*; cujus primitivum in Cal. vers. proximo usurpatur. Sensus igitur est, quòd Christus non in peregrina aliqua specie, sicut in forma hortulani Mariæ Magdalena, & in forma viatoris euntibus in Emaus apparuisse videbatur, sed in propria specie discipulis sese manifestavit atque omnia faciei lineamenta, omnia corporis membra, adeoque vestigia vulnerum in latere, manibus ac pedibus accuratè contemplari ipsos jusserit. Rectè autem monet Cyrillus lib. 12. in Johan. cap. 53. ad *ἀποκρυφῶν* referendam esse hanc Christi in propria specie apparitionem.

tionem. Ex dispensatione (ait) non in debita corporis sui gloria, sed in prima figura cernebatur, ne aliud corpus, quam quod de virgine assumpsit, resurrexisset putaret. Quod enim oculis hominum gloria illius corporis, si explicare eam Christus voluisset, cerni non poterat, facile intelliges, si transfigurationis non es oblitus. Secundò lingua ac voce notà eos alloquitur, præmittit familiarem salutationem, revocat illis in memoriam, quæ ante passionem & mortem suam cum illis fuerat locutus. Cùm Mariam Magdalenam notà voce compellaret, continuo ab ea agnoscitur, Joh. 20. v. 16. ita quoque hoc loco cum discipulis notà voce colloquitur, ut ab ipsis agnoscì posset. Quodque in memoria illis revocat pristinas suas conciones, id argumentum esse debebat, illum ipsum Christum, quo præceptore ac Magistro olim usi fuerant, jam adesse. Tertiò jubet ut manus, manus ac pedes palpent. Cum enim discipulorum animis spectri suspicio ob repentinum & miraculosum Christi ingressum incideret, seipsum palpandum eis exhibet, ut si visui glaucoma quoddam objici suspicerentur, tactus iudicio fidem habere ne recusarent. *Palpate, inquit, me, & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* $\Psi\eta\lambda\alpha\Phi\acute{\alpha}\omega$ tango, *contrecto*, origene volunt esse vocabulum. Muficum ex $\alpha\Phi\acute{\alpha}\omega$ & $\Psi\acute{\alpha}\omega$ seu $\Psi\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega$ ac propriè de chordarum contactu dici, significat autem in genere *contrectare* scilicet manibus, unde Johannes ad hanc contrectationem respiciens dicit 1. Epist. 1. v. 1. $\delta\epsilon\omega\sigma\acute{\alpha}\nu\alpha\mu\epsilon\tau\omicron\iota\varsigma\ \delta\Phi\theta\alpha\lambda\mu\omicron\iota\varsigma\ \eta\mu\acute{\omega}\nu,\ \delta\ \delta\epsilon\alpha\sigma\acute{\alpha}\mu\epsilon\theta\alpha\ \eta\mu\acute{\omega}\nu\ \alpha\iota\ \chi\epsilon\iota\rho\epsilon\varsigma\ \eta\mu\acute{\omega}\nu\ \epsilon\psi\eta\lambda\acute{\alpha}\Phi\eta\sigma\alpha\nu$, quod manus nostræ contrectarunt. LXX. utuntur El. 59. v. 14. pro $\Psi\eta\lambda$ in Piel *palpavit* sicut cæci solent manibus palpate & palpando exploravit, quam vocem Syrus hoc loco retinet ܨܘܠܦܢܐ palpate me. Item pro $\Psi\eta\lambda$ Gen. 27. v. 12. Deut. 28. v. 29. &c. quod alibi vertunt $\epsilon\pi\epsilon\upsilon\eta\lambda\acute{\alpha}\nu$ scrutari. Sic ergo Christus, ut prius videndum, ita hic palpandum se exhibet discipulis, non quòd essentialis glorificati corporis sit proprietates, actu videri & tangi, sed ex libera œconomia, ut discipulos de resurrectione sua certos redderet. Chrysof. hom. 87. in Johan. rectè dicit, hoc fuisse $\sigma\upsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\ \epsilon\delta\acute{\alpha}\sigma\tau\omicron\varsigma$. Quartò denique in conspectu omnium manducat. Cùm enim nec visus nec tactus sensui fidem haberent quærit ex ipsis, an habeant $\tau\iota\ \epsilon\pi\acute{\omega}\sigma\tau\omicron\mu\omicron\nu\alpha\iota$ aliquid sui aptum, cumque obtulissent illi partem piscis assi & favi mellet, accipiens comedit coram eis. Vulgata versio addit, quòd cum manducasset, reliquias ipsis dederit, sed hoc in textu Græco non habetur. Cibus sive $\epsilon\pi\acute{\omega}\sigma\tau\omicron\mu\omicron\nu\alpha\iota$, quod obtulerunt ei, fuit particula $\iota\chi\theta\acute{\upsilon}\varsigma\ \delta\alpha\pi\acute{\nu}\iota\varsigma$, quæ ex cœna illis erat adhuc reliqua. $\delta\alpha\pi\acute{\nu}\iota\varsigma$ per syncopen pro $\epsilon\pi\acute{\iota}\eta\eta\tau\omicron\varsigma$ ab $\delta\alpha\pi\acute{\nu}\iota\omega$ torreo, asso. Syrus habet ܨܘܠܦܢܐ rad. ܨܘܠ pro quo Hebræi dicunt ܨܘܠܦܢܐ assavit ad prunas seu ignem. Piscis assato addiderunt $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\iota\omega\nu$ favum apiarum, nam præter apes etiam alia quædam insecta mel & favum habent. $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\iota\omega\nu$ significat mel in cellulis adhuc latens, dicitur enim à $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\iota\omega\varsigma$ cera; cum ergo in frugifera illa regione, de qua Scriptura dicit, quod fluat melle & lacte, magna esset copia mellis, ideò favis loco condimenti & obsonii in cibis usi sunt. Veteres allegoriam ex hoc Christi cibo texunt, cum primus sit, quem post resurrectionem assumpsit. Athanas. quæst. 79. *Piscis similitudinem habet asperæ conversationis eorum, qui bonis operi-*

bus se exercent, qui jejuniis, vigiliis & aliis castigacionibus carnem domant, qui seipso mundo & voluptatibus crucifixerunt, & qui humiditate vitæ voluptatibusque renunciarunt ariditate seipso domantes &c. Mel propter Spiritus sancti dulcedinem, quam super Apostolos & omnes fideles effusus erat. Favum habuit propter signaculum, quo per Baptismum omnes fideles obsignavit &c. Haymo suavius philosophatur: per piscem assum denotari Christi passionem, in qua igne iræ divine & amoris erga nos propter peccata nostra in cruce quasi assatus fuit: favum mellis denotare Christi resurrectionem, in qua attulit nobis pacem conscientie, quæ quovis melle jucundior. Glosa ordinaria ex Beda & Gregorio allegoriam latius deducit. *Piscis assus ipse Mediator passus, in aquis humani generis captus laqueo mortis, assatus tempore passionis, ipse & favus mellis nobis est in resurrectione; favus mellis in cera, id est, divinitas in humanitate. In hujus mellis comestione signatur, quòd illos in corpore suo ad æternam quietem suscipit, qui cum tribulationes pro Deo sentiunt, ab amore interne dulcedinis non recedunt, qui hic assantur igne calamitatum & persecutiones tolerant, illic vera dulcedine satiabuntur.* Alii hac utuntur allegoriâ. Mystice Christum resurrexisse vident, qui resurrectionis ejus gloriam meditantur, ipsum verò tangunt & palpant, qui in caritate ipsi copulantur. Piscem assum ei offerunt, qui patientiam igne tribulationis decoctam pro Christi nomine habent. Favum mellis ei offerunt, qui membris ipsius opera pietatis exhibent. Sed hæc allegoriæ sunt incertæ, procul dubio enim etiam panis huic $\omega\epsilon\sigma\sigma\Phi\alpha\gamma\iota\omega$ sive obsonio additus fuit, quem jam tum in regionibus illis calidis ex novis frugibus paratum habebant, sicut & postea Joh. 21. v. 9. *panem & piscem assum* Christus cum discipulis comedit, quòdque non solum cibum sed & potum cum Apostolis sumferit, colligitur ex Actor. 10, 41. At cum corpus Christi post resurrectionem sit spirituale & glorificatum, nullius cibi corporalis indigum, quomodo hoc loco comedisse intelligendus est? Veteres respondent, factum id esse ex libera œconomia. Hieron. in Epitaph. Paulæ ad Eustoch. *Convivium iniiit, ne resurrectio phantasma putaretur.* Theophyl. in cap. 24. *Manducavit Dominus non ex nature necessitate, sed ex libera œconomia per quandam $\sigma\upsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\ \epsilon\delta\acute{\alpha}\sigma\tau\omicron\varsigma$ ad demonstrandam resurrectionis veritatem.* Beda hoc loco: *Manducavit non necessitate, sed propriâ voluntate, aliter enim absorberet terra aquam, aliter Sol: Sol potestatem, terra necessitate, quia arida est.* Euthymius ibid. *Sicut supernaturaliter comedit, ita supernaturaliter, quæ comederat, digestit.* Scire verò oportet, quòd quædam à Salvatore facta sunt $\delta\iota\kappa\omicron\nu\omicron\mu\iota\omega\varsigma$, quæ non sunt regula ac præscriptio Nature, nullus siquidem alius post corporis immortalitatem cicatrices habebit aut cibum sumet. Damasc. lib. 4. de fide cap. 1. *Etsi post resurrectionem cibum sumsit, non tamen id Nature lege contigit, neque enim fame laboravit, verum certo consilio ac dispensatione, ut fidem faceret, se verè ad vitam rediisse, eandemque esse carnem, quæ & supplicio affecta fuerat & revixerat.* Hæc illi rectissime, cum enim corpora nostra post resurrectionem glorificata nullius cibi vel potus indiga sint futura, quantò minus corpori Christi talis quædam $\epsilon\nu\delta\epsilon\iota\alpha$, necessitas ac indigentia, tribuenda est? ideò autem Christus coram discipulis comedit, ut resurrectionis veritatem

tem ipsis confirmaret, quia edere est maximum vitæ argumentum; inde Jairi filia ex mortuis suscitata cibum exhiberi jubet. Luc. 8. v. 55. ut omnibus constet, eam verè vivere. Inde est, quòd hoc argumentum resurrectionis à convictu singulariter urgeatur à Petro Act. 10. v. 40. *Deus suscitavit Christum à mortuis, & dedit eum manifestum fieri. v. 41. nobis præordinatis à Deo testibus qui manducavimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis.* Porrò quamvis Christus non ex necessitate vel indigentia sed libera voluntate comederit, verè tamen ipsum comedisse statuendum. Etenim si resurrectionis veritatem comprobare hæc manducatio debuit, utique etiam vera manducatio fuit: ergo non omnis vera manducatio statim est naturalis, cum supernaturalis manducatio itidem sit vera, non apprens tantum & phantastica manducatio. Angelos in mensa Abrahæ sicut veris corporibus induci erant, ita etiam verè comedisse & bibisse non dubitamus, Genes. 18. v. 8. neque tamen propterea dicimus, ipsos naturaliter & ex infirmitate vel indigentia corporum edisse, cibum digessisse, eodemque lese refecisse: Facit hoc ad explicationem argumenti, quo Calviniani veram & Sacramentalem corporis Christi in sacra cœna manducationem evertere satagunt. *Si corpus, inquit, Christi in sacra cœna verè & realiter manducatur, utique etiam naturaliter manducatur, dentibus conteritur, in stomachum trahitur &c.* At distinguere debebant inter manducationem naturalem & supernaturalem sive mysticam, utraq; vera est manducatio, sed tamen unà cum altera non est confundenda. His igitur quatuor modis resurrectionem suam discipulis confirmare voluit. Act. 1. v. 3. *παρέστησαν ἐαυτὸν ᾧ ἄνθρωποις τεκμηρίοις multis indubius argumentis atque indicis sese verè resurrexisse ac vivere comprobavit.* Apparet ipsis in propria specie, alloquitur voce notâ, palpandum sese exhibet & in conspectu eorum manducat: hos manifestationis modos ita conjungit Lyranus. *Per cicatrices clavorum ostendit, quòd habeat idem numero corpus. Per tactum & visum ostendit se habere corpus verum & non phantasticum. Per comestione ostendit, se habere corpus vivum animâ vegetativâ animatum. Per hoc quòd loquebatur sensibiliter & rationabiliter, reducens eis ad memoriam, quæ dixerat ante mortem suam, ostendit se habere corpus animatum animâ sensitivâ & intellectuâ & eadem, quâ prius.* Cur autem tantopere laborat Christus, ut veritatem resurrectionis suæ discipulis confirmet? Resp. debebant esse testes resurrectionis in omnes gentes Act. 10. v. 41. ideo voluit ipsis eam esse maximè certam & confirmatam, ut testimonio ipsorum etiam nos fidem haberemus. Sic enim debemus colligere. Apostoli, qui de resurrectione Christi testantur, non solum à mulieribus Christum resuscitatum esse audiverunt, sed ipsi etiam eum viderunt, cum eo locuti sunt, manus ac pedes ejus palparunt, cum ipso manducarunt & biberunt. Ergò ipsorum testimonium de Christo resuscitato est verissimum ac certissimum. Ex quo apparet, non solum propter Apostolos, sed etiam propter nos de confirmanda resurrectionis suæ certitudine Christum tantopere fuisse sollicitum, ne scilicet tergiversaremur ac reculareremus Apostolorum testimonio hac in re fi-

dem habere, quod tam evidentibus ac immotis fundamentis inniti videmus. Magni verò refert Christi resurrectionem immotâ fide amplecti. Præterquam enim quòd hic articulus reliquorum omnium fundamentum est, ut docet Apostolus 1. Corinth. 15. vers. 14. *Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis autem est & fides vestra, reperimur autem & falsi testes Dei, &c. v. 18. Si Christus non resurrexit, supervacanea est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris.* Augustinus in Psalm. 101. conc. 2. *Non est laus fidei Christianorum, quòd credunt mortuum Christum, sed quòd credunt resurrexisse Christum: mortuum & paganus credit, credere verò Christum resurrexisse, laus est fidei.* Maxima insuper nobis in eo proposita est consolatio, quòd Christus resuscitatus & ad dextram Patris exaltatus secundum utramq; Naturam nobis præsens est, & regnum gratiæ in histerris administrat. Sola divina Natura, est ignis consumens Deuteronom. 4. vers. 24. Hebr. 12. v. 29. sed juxta humanam Naturam, in qua pro peccatis nostris mortuus est & propter justitiam nostram resurrexit Rom. 4. v. 23. est frater noster &c.

3. Tertium quod Christus in hac apparitione fecit est *ἐμπνεύματος ἀγίου ἐμφύσησις*. Refert enim Johannes, quòd commendaturus Apostolis ministerium Evangelii de sua passione, morte ac resurrectione ejusdemque beneficiis, quorum præcipuum est remissio peccatorum, in eos prius flaverit, dicens: *Accipite Spiritum sanctum: non quòd Spiritus Sanctus sit corporeus quidam halitus, sed quia corporeus ille oris flatus fuit visibile signum & externum symbolum, cum quo, in quo, & per quod dabatur Spiritus sanctus, sicut postea die Pentecostes in linguis igneis datur Apostolis. ἐμφύσησιν propriè significat inflare, flatum immittere scilicet in os & faciem alterius: In N. Test. alibi non occurrit. Gen. 2. v. 7. usurpatur de Deo inspirante spiraculum vitæ in faciem primi hominis ἐνεφύσησεν εἰς πρῶτον ἀνθρώπου ᾧ ἄνθρωπος, ut fieret in animam viventem, id est, per illam inspirationem factus est homo animal vivum ac rationale. Dicitur autem in Hebræo spiraculum vitæ in duali, quia anima non solum ad hanc sed etiam alteram vitam corpus animare & vivificare debuit Sap. 15. v. 11. de idolorum factoribus dicitur: *ignoravit eum qui hinxit se, & ἐμπνεύσαντο αὐτὸν ψυχλοῦ ἐν ἐργασίᾳ, & ἐμφύσησάν τε ἀνεῖμα ζωτικόν.* Ut ergo in prima creatione dicitur Deus animam homini inspirasse & inspirando creasse, quia transfudit in eam lucem, sapientiam, justitiam &c. divinam, ut homo esset imago Dei: ita Christus per ministerium verbi instauraturus imaginem Dei in homine utitur inspiratione, cum insufflando Apostolis dat Spiritum sanctum; unde Syrus hoc loco habet idem vocabulum *ܩܕܝܫܘܬܐ* quod Gen. 2. v. 7. in Hebræo usurpatur. 1. Reg. 17. v. 21. *ἐμφύσησεν* usurpatur, de Elia filium hospitiæ suæ à mortuis excitante, ut & 2. Reg. 2. v. 34. de Elifæo Sananitiidis filium resuscitante, ubi Propheta dicitur incubuisse super puerum, ac posuisse os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & volas suas super volas ejus, ac sese protravisse super eum, unde utroque in loco LXX. addiderunt, quod Elia & Elifæus insufflaverint in faciem puerorum. Quemadmodum igitur flatus ille fuit externum symbolum, quo usi sunt viri Dei in-*

resusci-

resuscitatione puerorum demortuorum: ita Christus hoc loco per flatum confert Apostolis Spiritum sanctum, quo spiritualis & aeterna vita in illorum mentibus accendatur: erant in morte luctus & tristitia, sed Christus per flatum dat eis S. S. qui accendit in eis veram cordis latitiam. Ezech. 37. v. 9. usurpatur in typo resurrectionis. *Veni Spiritus & suffla in interfectos* ἐπιφύσησον εἰς τοὺς νεκρούς. Sic Christus hoc loco in faciem Apostolorum sufflando Spiritu sancto eos animat ad vitam aeternam. Nahum. 2. v. 1. ubi Propheta vaticinatur de divulgatione Evangelii in N. T. *Ecce super montes pedes evangelizantis & annunciantis pacem*, quod vaticinium Rom. 10. v. 15. ad Apostolos refertur, ibi LXX. v. 2. sic interpretati sunt ἀνεση ἐμφυσᾶν εἰς νεκρούς ὡς ἀνέβη ἐν ἐπιφύσησον ἐν τῇ φωνῇ σου. Quamvis verò hæc versio discedat à fontibus Hebræis, tamen ad hunc locum accommodari potest, Christus enim perruptor ille, qui ex sepulchro vivus ascenderit, spirat hic in faciem Apostolorum, ac dat illis Spiritum sanctum, ut per illum ad divulgationem Evangelii præparentur. Non autem propriè hoc loco fermo est de essentia Spiritus sancti, quæ est unus cum Patre & Filio Deus, sic enim omnia implet. Sap. 1. v. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*: ac ponitur hoc loco πνεῦμα sine articulo, ergo juxta regulam Didymi Alexandrini lib. 1. de Spiritu sancto, non ipsam personam, sed dona Spiritus sancti significat. Nec de admirandis illis donis in die Pentecostes discipulis postmodum collatis hic agitur, cum nondum appareant in illis linguæ dispersitæ velut ignis; sed fermo est de donis Spiritus ad ministerium Evangelii necessariis. Cum enim ministerium Evangelii sit ministerium Spiritus, 2. Cor. 3. vers. 8. 1. Joh. 5. vers. 6. idèo dantur hoc loco Apostolis quædam dona ad ministerii partes abundas necessaria, videlicet consolatio & pax conscientia, certitudo veritatis Evangelii, gaudium resurrectionis Christi &c. quibus post fugam, defectionem & abnegationem suam incipiunt iterum caput attollere & ad ministerium, ad quod antea vocati erant, rursus aspirare: postea in die Pentecostes accedit donum linguarum, sanationum, miraculorum faciendorum &c. ut inter diversarum linguarum populos Evangelium prædicare, idemque miraculis confirmare possent: Ex eo facile intelligitur, quomodo respondendum sit ad questionem. *Cum die Pentecostes demum Spiritus sanctus super Apostolos sit effusus, quomodo hic Spiritus sanctus accipiant?* Ex Chrysofomo & Theophylacto intelligitur, quosdam verba Christi sic interpretari: *Accipite Spiritum sanctum*, id est, fiat is idonei ad accipiendum, cum qua explicatio ne ferè consentiunt Schmalztius in exam. 157. error. pag. 9. ac Tossanus in not. margin. ad h. l. qui negant, Spiritum sanctum reverà Apostolis hic fuisse collatum, sed duntaxat significatum, quid suo tempore accepturi essent. Sed hæc explicatio nimium discedit à textu, Christus enim non promittit, sed re ipsa confert Apostolis Spiritum sanctum, & quidem mediante externo flatus Symbolo. Dicendum igitur, quòd Spiritum sanctum jam antè acceperint ratione sanctificationis: hic accipiant eum ratione ministerii Evangelici: in die Pentecostes accipiunt eum ratione miraculorum donorum. Chrysof. hom. 86. in Joh. Non Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

erraret quis, si tunc eos (Apostolos) potestatem quandam & gratiam spiritualem accepisse diceret, non tamen ut mortuos suscitarent & virtutes ostenderent, sed ut peccata dimitterent, diferentes enim sunt gratia Spiritus &c. Proinde quòd Christus Apostolis post resurrectionem dat Spiritum sanctum, eo ipso ostendit, fructum resurrectionis suæ esse Spiritus sancti donationem. Nisi enim per CHRISTI passionem, mortem & resurrectionem DEO reconciliati essemus, nunquam Spiritus sancti donum ad nos perveniret. Johan. 16. vers. 7. *Siege non abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Quòd statim post iteratam vocationem & ministerii commendationem dat Apostolis Spiritum sanctum, eo ipso ostendit ad ministerii partes ritè ac salutariter abundas requiri gratiam & efficaciam Spiritus sancti. Super Christum requiescit S. S. Esa. 11. v. 1. *accepit Spiritum non ad mensuram*, Johan. 3. vers. 35. de hoc suo Spiritu distribuit Apostolis, & efficit eos idoneos ad ministerium Evangelii, quod est ministerium Spiritus 2. Cor. 3. v. 6. Sicut Num. 11. v. 25. commemoratur de Mose V. T. Mediatore, quòd descendens Deus de Spiritu, qui erat super ipsum, acceperit & super septuaginta seniores posuerit, ut hoc modo ad regimen politicum idonei fierent: ita Christus N. T. Mediator de suo Spiritu dat Apostolis, nullam tamen ejus diminutionem propterea expertus, ut & ipsi ad ministerium hac ratione redderentur idonei. Quòd cum flatu datur Spiritus sanctus, id non solum ad Historiam creationis, sed etiam ad Naturam & personalem Spiritus sancti proprietatem animos nostros revocat. Datur enim Spiritus sanctus in flatu & cum flatu, primò quia ratione essentia est Spiritus incorporeus, invisibilis, &c. secundò quia ratione personalis suæ proprietatis à Patre & Filio ex intimo essentia ore spiratur, unde dicitur רוח אלהים Spiritus Elohim in plurali Genes. 1. vers. 2. *Spiraculum omnipotentis* Job. 33. v. 3. נשמת שרי Spiritus oris Domini, Psal. 33. vers. 6. רוח פיו Spiritus laborum Christi Esa. 11. vers. 4. רוח שפתיו Spiritus oris Christi 2. Thess. 2. vers. 8. πνεῦμα & ῥῶματι & ἄνεμοι. Quòd ergò Christus cum flatu dat Spiritum sanctum, id ostendit ab ipso non minus quàm à Patre Spiritum sanctum ab æterno procedere. Augustin. lib. 4. de Trinit. cap. 20. *Non possumus dicere, quòd Spiritu S. à Filio non procedat, neque frustra idem Spiritus & Patris & Filii Spiritus dicitur.* Nec video quid aliud significare voluerit, cum sufflans in faciem discipulorum ait: *accipite Spiritum sanctum?* neque enim flatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum à Patre sed & à Filio procedere Spiritum sanctum. lib. 13. de civit. Dei cap. 24. *Flatus ille corporeus de carnis ore procedens non erat substantia Spiritus sancti atque Natura, sed potius significatio, quæ intelligeremus Spiritum sanctum esse Patri Filioque communem, quia non sunt eis singulis singuli, sed unus amborum est.* In Psalm. 22. *Ideo insufflando dedit Spiritum sanctum, ut ostenderet, etiam à se procedere Spiritum sanctum.* Idem reperit tract. 99. & 12. in Johannem. Deniq; flatus cum sit corpus tenuissimum, tamen magna virtutis est & roboris: sic Spiritus sanctus potens est & efficax. Damasc. lib. 1. orth. fid. cap. 20. *Spiritus est homini coævus, non posterior tempore ipsa animâ corpus*

informante, ita Spiritus est Patri & Filio coæternus, tempore neutiquam posterior. Respiratione ad momentum quidem in hac vita indigere possumus, ita Spiritus sancti præsentia & gratia ad spiritualement vitam in nobis inchoandam, conferendam & augendam perpetuò est necessaria. Christus Joh. 3. v. 6. etiam hanc comparisonem habet: *Ventus, ubi vult, spirat & vocem ejus audis, sed nescis, unde veniat & quò vadat: Sic est omnis ex Spiritu natus.* Atque hæc sunt præcipuæ causæ, propter quas cum flatu dat Apostolis Spiritum sanctum, quibus etiam hæc potest addi, quia prædicatio Evangelii per ipsos in toto orbe revelandi fieri debebat *Spiritu oris*, idè per insufflationem Spiritus oris sui Christus eos excitavit, & alacritatem ac fiduciam ad capeendum ministerium jam antè ipsis demandatum voluit inferere. Rationi humanæ absonum videtur, per externum illud symbolum atq; organum donum cœlestis Spiritus sancti dari, unde Piscator h. l. fingit metonymiam, quâ statuit, *Spiritum sanctum non cum afflatu illo præsentem exhibitum fuisse, sed saltem fuisse signum, quo Christus promiserit, se per Apostolorum prædicationem afflatum Spiritus sancti in cordibus electorum exerere velle*, idque postea ad sacramentam accommodat, in quâ iuxta opinionem ipsius panis sit absentis corporis Christi signum. Sed repugnat hoc simplicitati & evidentia textus, in quo expressè asseritur, Christum discipulos insufflasse, & in hoc ipso flatu eis dedisse Spiritum sanctum. Et morem hunc Deus perpetuò servat, ut per externa visibilia media, eaquæ interdum factis contenta, spiritualia, cœlestia & invisibilia hominibus distribuatur, sicut pulcherrimè dicit Chrysostom. homil. 83. ad pop. Antioch. *In corporeus si esset, nuda & incorporea Deus tibi dedisset dona, sed quoniam anima inserta est corpori, intelligibilia præbet tibi in sensibilibus.* Sic in Sacramentis per aquam Baptismi abluunt nos à peccatis, mediante pane & vino in sacra cœna participes nos facit sui corporis & sanguinis, proinde in vera fidei obœdientia externis illis Symbolis utamur. Quemadmodum verò flatus dicitur Spiritus sancti. (Christus enim afflans discipulos dicit: *accipite S.S.*) non transubstantiatione flatus in S.S. vel quacumque tantum adumbratione & significatione, sed præsentis exhibitione & donatione, quia flatus erat Symbolum S.S. qui Apostolis per illum dabatur: ita panis Eucharisticus est corpus Christi, (Christus enim dans discipulis benedictum panem dicit: *Accipite, hoc est corpus meum*) non transubstantiatione panis in corpus, vel significatione tantum, sed præsentis exhibitione & donatione, &c. Hæc sunt tria illa *πράγματα*, quæ Christus in hac manifestatione coram discipulis fecit, stetit in medio eorum, confirmavit ipsis resurrectionem variis *τεκμηρίοις*, & insufflando Spiritum sanctum, eis dedit: an verò visibili modo ab ipsis postea discesserit, an verò ἀφανίσθη & invisibilis derepente factus sit, id Evangelistæ non annotant, verisimile autem est, quòd ex improvviso factus fuerit invisibilis, sicut coram discipulis in Emau egerat, ut hac ratione ingressui miraculoso discessus miraculosus respondeat. Quod enim non continuè cum ipsis conversatus fuerit, patet ex crebris illis apparitionibus, quas Evangelistæ annotarunt.

Ad τὰ ἡμεῖς hoc est, ea, quæ Christus in hac

manifestatione discipulis dixit, pertinent 1. *Familiaris saluatio, & amica pacis precatio.* Mox enim in primo suo ingressu dicit eis: *Pax vobis: Πῶς* apud Hebræos generale nomen est, significans *pacem, tranquillitatem, concordiam, sanitatem, salutem, adeoque omnem felicitatem.* Genes. 43. vers. 26. Joseph interrogabat fratres suos *שלום לך de pace*, & dicebat *שלום an pax patri vestro seni?* LXX. verterunt an *ὄψιαίς, sanus est pater vester?* sed nomen est generale, quarit igitur, an omnia rectè se habeant, an parens adhuc in vivis & sanus, an corporis, animi & fortunæ bonis sit instructus? Et quia ut in bello omnis mali idea, ita pax summa est bonorum omnium, idè *שלום* verterunt per pacem. Estq; familiaris apud Hebræos saluatio *שלום לך*, *pax tibi*, ut apparet ex 1. Paralip. 12. v. 18. ubi Amasai tribus vicibus hanc salutationem repetit. *שלום, ושלום לעורך, ושלום לך, pax, pax tibi, & pax adjutori tuo.* 3. Johan. v. 15. *εὐχρηστὸς, Pax tibi.* Genes. 43. v. 21. cum fratres Josephi essent solliciti de pecunia in faculis suis reperta, procurator domus dicit eis: *לכם שלום pax vobis, ne timeatis*, Lutherus vertit, *Gehabt euch wol.* Et quia in salutatione usitata fuit hæc formula. *Pax tibi*, idè *שלום* in Syriaca paraphrasi usurpatur pro *saluatio* Lucæ 9. vers. 61. Act. 18. v. 22. cap. 21. v. 29. &c. Quando igitur Christus in primo post resurrectionem suam ad discipulos accessu pacem eis precatur, non solum consueto more eos salutet & prospera quæque ipsis exoptat, sicut aliis homines sese invicem salutant, sed re ipsa testatur, quòd ex mortuis redivivus omnis generis cœlestia bona ipsis afferat. Cum enim Christus sit verus Deus & omnipotens veritas, idè quicquid optat, id re ipsa etiam confert & juxta optionem suam est efficax, *Deus non verba sed res loquitur*, ait D. Lutherus. Non ergo ex ignorantia linguæ oritur, ut Calvin. in cap. 24. Luc. scribit, *quòd pacem illam, quam Christus discipulis precatur, ad fructus resurrectionis pertinere statuimus; novimus sanè hanc salutationis formam fuisse consuetam & vulgarem, sed cum Christus, qui est verus cum patre & Spiritu sancto Deus, in primo post resurrectionem suam accessu hoc in loco discipulis pacem precatur, id nequaquam ex vulgari salutandi consuetudine tantummodo oritur, sed etiam præclarum resurrectionis fructum nobis commendat, unde singulari quadam emphasi hanc pacis precationem bis repetit. Pax, uti dictum, significat omnis generis felicitatem, sed eum regnum Christi non sit de hoc mundo & fructus resurrectionis non ad hanc temporalem & caducam, sed ad spiritualement & æternam vitam propriè spectent, idè intelligitur felicitas regno Christi conveniens, nimirum spiritualis, cœlestis & æterna, consistens in remissione peccatorum, reconciliatione cum Deo, liberatione à morte, Diabolo & inferno, & vitæ æternæ donatione, &c. Hæc bona omnia & singula comprehenduntur appellatione pacis; quia per Christi passionem, mortem & resurrectionem parta est nobis pax *supra nos*, cum Patre cœlesti, quia reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus Roman. 5. v. 10. ut fide in Christum propter peccata nostra mortuum & propter justitiam nostram resuscitatum habeamus pacem ad Deum, Rom. 5. v. 1. ut & ipsæ cogitationes pacis super nos habeat. Jerem. 29. vers. 11.*

Per

per eandem Christi mortem & resurrectionem. parta est nobis pax intra nos cum corde nostro, ne illud nos ulterius condemnet. 1. Joh. 3. v. 21. sed ut Spiritus testimonium reddat nostro Spiritui, quod simus Dei filii Rom. 8. v. 16. parta denique nobis per Christi mortem & resurrectionem pax infra nos à Diabolo & inferno, siquidem Christus eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum lucis. Coloss. 1. v. 13. & quamvis hanc pacem Satanas tentationibus suis turbet, tandem tamen conteretur sub pedibus nostris. Rom. 16. v. 20. hæc omnia nomine pacis Christus complectitur, unde rectè dicit Cyprian. de simpl. prælat. Christum omnia dona & præmia pollicitationis sue nomine pacis promississe. Et gloss. ordinaria dicit, Qui pacem dedit, uno verbo omnia dedit. Inde etiam Apostoli in exordiis suarum Epistolarum gratiam & pacem plerunque conjungunt, Rom. 1. v. 7. 1. Cor. 1. v. 3. 2. Corinth. 1. v. 2. Galat. 1. v. 3. Eph. 1. vers. 2. Phil. 1. v. 1. Coloss. 1. v. 2. 2. Thess. 1. v. 2. 1. Timoth. 1. vers. 2. 2. Tim. 1. v. 2. Tit. 1. v. 4. Philem. 1. v. 3. 1. Petr. 1. v. 2. 2. Petr. 1. v. 2. Apoc. 1. v. 4. Ut enim Christus morte suâ nos Deo reconciliavit, ac gratiam ejus nobis impetravit, ita in resurrectione veram cordis pacem nobis attulit, inde vocatur pax Christi Coloss. 3. v. 15. nimirum quia Christus eam promeruit & donat. Ac ne ulla restet dubitatio, conferemus cum hoc pacis nuncio promissiones Christi: Joh. 14. v. 27. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis, id est, non mundanam ac terrenam, sed Spiritualem & internam pacem do vobis Joh. 16. v. 33. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis &c. Quod Christus eo in loco discipulis promissit, ejus complementum hoc loco præstat, quando discipulis suis pacem post resurrectionem affert & nunciat, hæc est pax illa omnem intellectum exuperans Phil. 4. v. 7. & in qua regnum Dei consistit. Rom. 14. v. 17. Gravius à conscientia sua accusabantur Apostoli, quod Christum in hotto deseruissent & abnegassent, sed Christus eis pacem precatur, ostendens pro hoc & reliquis peccatis sese morte suâ Deo Patri satisfecisse, ut pacato & tranquillo corde esse possint, inde rectè vocatur Princeps pacis Esa. 9. vers. 6. Nec hoc prætermittendum, quod Christus pacem discipulis precatur, cum ministerium Evangelii ipsis esset commendaturus, quia ministerium est illud medium, per quod homines Deo reconciliantur 2. Corinth. 5. vers. 19. Deus enim in Christo mundum reconcilians sibi ipsi, non imputans illis delicta eorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis, hoc est, Christus suâ morte & resurrectione nos Deo reconciliavit, ut autem beneficia illa Christi nobis distribuantur, ideo instituit ministerium, in quo per Evangelii prædicationem turbatis conscientis pax illa nunciatur, inde ipsum Evangelium dicitur verbum pacis. Esa. 52. vers. 7. Nahum. 1. vers. 15. Quam speciosi pedes evangelizantium, annunciantium pacem. Zach. 9. v. 10. educet sanguine Testamenti sui vinistas de lacu, in quo non est aqua, & loquetur pacem gentibus, ubi titidem Christi mors & resurrectio, ac Evangelii prædicatio conjunguntur. Actor. 10. v. 36. Verbum, quod misit Deus filiis Israel, evaγγελιζόντων & εὐαγγελιστων Ephel. 2. v. 17. veniens evangelizavit pacem. Harm. Tom. III. vel Gerbard. Cont. pars quinta.

Ephel. 6. v. 15. calceati pedes in preparationem Evangelii pacis. Eò Christum respexisse, quando ministerium Evangelii Apostolis commendaturus, pacem eis denuo precatur, non est dubium: hæc iteratio est confirmatio, inquit Beda. Quod si enim hæc pacis precatio esset tantummodo vulgaris quædam salutatio, cur denuo eam Christus repeteret ministerium instituturus? quin imò hac ipsâ repetitione confirmare voluit, quod peculiari modo pacem precatur, hoc est, quod pacem morte & resurrectione suâ partam ipsis afferat, atque ut alii etiam ejus participes fiant, Evangelium pacis prædicandum ipsis commendet.

Secundum quod ad τὴν ἰσμεατὴν Christi apparentis pertinet, est suavissima ad videndum & contrectandum se invitatio. Confirmaturus enim discipulis suis & resurrectionis & corporis sui veritatem non tantum, in propria specie ipsis apparet, sed etiam ad videndum & contrectandum se, amantissimè illos invitat. Ex repentino & improvise accessu orta erat in ipsis animis suspicio de spectro, illam ut penitus aboleret, jubet manus ac pedes intueri & contrectare. Quid turbati estis, inquit, & quare cogitationes ascendunt in cordibus vestris. Cogitationes ascendere, quidam simpliciter exponunt pro cogitare, sicut Dan. 2. v. 29. Theodotio vertit οἱ ἀλογισμοὶ οὗτοι ἵνα ἴδῃς καὶ ἀνέστησεν, ubi Hieron. Tu Rex capisti cogitare in strato tuo, & 1. Cor. 2. v. 9. Ἡτι καρδίας ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀνέβη in cor hominis non ascendit. Sed in utraque voce magna est emphasis. Vox enim ἀλογισμοὶ notat, quod ex ingressu repentino ratiocinati fuerint, non esse verum corpus, quod clausis foribus intret. Vox ἀνέβησεν ostendit, illas cogitationes & ratiocinationes non fuisse desuper à bono Spiritu cordibus infusas, sed ex corruptione peccati cordi inhærentes ortas, sicut Christus dicit. Matth. 15. 19. ex corde exeunt ἀλογισμοὶ πονηροί. Christus igitur taxatis hisce ἀλογισμοῖς ad ἀντίφασιν eos revocat. Perturbationes affectuum, præsertim verò repentini terrores nebulas quasi offundunt corporis ac mentis oculis, quò minùs res etiam in clara luce positas rectè contueri & perpendere possimus. Christus igitur à terrore mentes colligere jubet, ut sedatis & serenatis animis rem ipsam expendant. Quid turbati estis? inquit, Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet. Utitur hoc argumento. Quicquid verè habet membra corporea, quæ videntur & contrectantur, illud non est spectrum. Jam verò ego, qui vobis appareo, verè habeo membra corporea, quæ videntur & contrectanda vobis offero. Ergo non sum spectrum. Nec solum spectri suspicionem hisce verbis refellit, sed etiam probat, eodem ipso corpore sese discipulis apparere, in quo passionem & mortem sustinuerat, jubet enim videre manus & pedes in cruce transfixos ac latus in cruce apertum. idem hoc loco non significat simplicem intuitum, quo per transennam quasi aliquid videtur, sed accuratum aspectum. Sicut ancilla Petrum in atrio Pontificis aspexit, omnia faciei lineamenta & omnia corporis membra accuratè considerans ἰδοὺ καὶ ἀπέναντον dicitur Lucæ 22. v. 56. ita quoque Christus hoc loco faciem suam ex trienniali conversatione ipsis probè cognitam discipulis ostendit, inque eam jubet ἀπέναντον Johan. 1. Epist. 1. v. 1 utitur verbis ὁραὶ καὶ θεαῶσθαι, hoc

Q 9 2. hoc

hoc loco conjungit ὁρᾶν & θεωρεῖν, quæ duo vocabula sic distinguit Varinus, ut illud ad oculos corporis, hoc verò ad oculos mentis referat, ὁρᾶν ἰδὲν τῆν σῶμα τὸ ἐκ νεκρῶν, inquit, θεωρεῖν τὴν ψυχὴν. θεωρεῖν enim est non solum exterius videre, sed etiam ea, quæ videmus, perpendere, quasi τὸ θεῖα ὁρᾶν divina videre, quæ significatio huic loco optime convenit, quia Apostoli jubentur non solum exterius Christi corpus & membra videre, sed etiam ex vestigiis clavorum, ex voce nota & familiari, aliisque indicis statuere, quòd eodem corpore Christus appareat, in quo passionem & mortem sustinuerat. Syrus habet h. l. duo vocabula תחת contemplatus est oculo & mente ac ערר scivit, eo enim sine Christo ipsos contemplari & contrectare jubebat, ut verè ipsum resurrexisset & præsentem adesse cognoscerent. Mirum verò alicui videatur, quòd Christus à Maria Magdalena se contrectari prohibet Johan. 20. vers. 17. à reliquis mulieribus se contrectari permittit Matth. 28. v. 9. h. l. à discipulis se contrectari etiam præcipit. Sed sciamus animos eorum, cum quibus Christo res fuit, ipsum respexisse. Maria Magdalena credebatur ipsum verè resurrexisset, sed stangebatur ipsum eo modo in posterum in terris versaturum, quo ante mortem & resurrectionem in diebus carnis suæ usus fuerat, idè tam arcte eum complecti conabatur, ne iterum elaberetur, Christus igitur se ab illa tangi noluit, ut animam ejus ad cœlestia & ad fidei amplexus erigeret. Mulieres & discipuli in fide resurrectionis confirmandi erant, igitur eos non solum sinit, sed etiam jubet tangere. Statuamus autem, Christum in verbo Evangelii adhuc hodie vestigia vulnerum suorum omnibus territis & contritis cordibus ostendere, ut ad plenam resurrectionis fidem & ad participationem beneficiorum ejusdem perducantur, quæ de re in Historia Thomæ uberius dicitur.

Tertium inter Christi ἰσηματα est incredulitatis exprobratio. Cum enim visibili suâ apparitione, familiari compellatione, ad videndum & tangendum invitatione ac manducatione suâ ad plenam resurrectionis fidem discipulos perduxisset, exprobravit eis incredulitatem & cordis duritiam, quòd credere nolissent eis, qui ipsum viderant ex mortuis suscitatum, puta Mariæ Magdalena, mulieribus reliquis à sepulchro reversis, Simoni Petro & duobus discipulis ex Emaus regressis, sed quòd necesse fuerit, ipsummet sese coram sistere, & tot evidentibus ac palpabilibus argumentis resurrectionem suam comprobare, οὐκ ἔδειξεν significat cum detestatione & increpatione quadam graviter exprobrare. Sic Matth. 11. vers. 20. Christus exprobravit Chorazin, Bethsaidæ & Capernaum Evangelii contentum, id est, ostendit eis gravitatem hujus peccati, severè eos increpavit, & ut ab hoc peccato desisterent, graviter monuit additæ pœnarum comminatione. Syrus habet verbum תחת exprobravit, à voce תחת quæ & pietatem & per antiphrasin probrum ac ignominiam significat. Sensus igitur est, quòd Christus magni criminis loco discipulis objecerit, eosdemque hoc nomine graviter increpaverit, quòd resurrectionis nuncio fidem adhibere noluerint. Tribuit autem illis ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν, siquidem audientes à Maria Magdalena Christum re-

fuscitatum vivere & à se conspectum esse, ἠπίστησαν. Marc. 16. vers. 11. cum audirent eadem à mulieribus, quibus CHRISTUS apparuerat, visa sunt eis ὡσεὶ ἄνθρωποι, nugæ ac fabulæ, καὶ ἠπίστησαν αὐτοῖς denuò non crediderunt illis Luc. 24. vers. 11. cum discipuli ex Emaus reversi manifestationem CHRISTI ipsius nunciarent, dixerunt quidem, surrexit Dominus verè & apparuit Simoni vers. 34. sed quosdam nondum credidisse, reliquos verò adhuc dubitasse, apparet ex hac ipsa manifestationis Historia, in qua tot argumentis confirmanda ipsis erat resurrectionis veritas, quinimo Thomas, qui hic aberat, non habebat reliquis fidem Johan. 20. vers. 25. & in ultima CHRISTI manifestatione in monte Galilææ facta, quidam adorabant eum, quidam verò dubitabant, Matth. 28. vers. 17. Hanc igitur ἀπιστίαν CHRISTUS accusat, Syrus reddit התנחלתו היערייה parvitatem fidei, quia non omnes erant planè increduli, sed dubitabant & exiguâ fide præditi erant, sicut Luc. 24. v. 25. ad euntes in Emaus dicitur, ὁ τὰρδι corde ἀδεδεικται, quæ fidei infirmitas ἀπιστίας accusatur à CHRISTO, sicut & pater Lunatici Marc. 9. v. 24. dicit, πῆναι ὡς νεκροὶ, ἕως δὲ μὲς τῆ ἀπιστίας, ubi tamen exiguitatem fidei suæ incredulitatem vocat, ac proinde de infirmitate fidei non debemus nobis blandiri, sed agnoscere, quòd si Deus in iudicium nobiscum intrare vellet, nostram ὁ τὸν ἀπιστίαν ἀπιστίας accusare & dampnare merito posset, petamus igitur fidem nobis augeri & infirmitatem ejus propter CHRISTUM Mediatorem benignè condonari. Intelligitur etiam, ex hoc loco fidem justificare non ratione meriti, cum nunquam ad summum perfectionis gradum in hac vita assurgat, sed ratione mediæ, quatenus CHRISTUM in verbo Evangelii oblatum amplectitur. Σκληροκαρδίαν sive cordis duritiam idè illis tribuit, non quòd pertinaciter Spiritui sancto resisterint, sicut obstinati hypocritæ facere solent, quibus hoc nomine σκληροκαρδία tribuitur Actorum 7. vers. 51. Rom. 2. vers. 5. cap. 9. vers. 18. sed quia connatam duritiem cordis nondum plenè exuerant, & quia tot manifestationibus & apparitionibus CHRISTI ipsis denunciatis fidem plenam adhibere noluerant. Apostoli erant per Spiritum sanctum regenerati ac renovati, nec tamen connata cordis durities plenè & perfectè emendata in ipsis erat, ex quo apparet, renovationem in hac vita imperfectam esse ac perpetuò crescere debere. 2. Corinth. 4. vers. 16. Hujus ἀπιστίας & σκληροκαρδίας Apostolica materia exprimitur in sequentibus verbis, quia illis qui ipsum viderant resuscitatum, οὐκ ἔδειξεν αὐτὸν ἐγγεγραμμένον, non crediderant. Vulgata versio vitiosè reddidit, qui cum viderant resurrexisse, cum in Græco sit ἐγγεγραμμένον, Christum enim nemo viderat resurgere, sed resuscitatum esse, restque emphasis in plurali τοῖς θεασαμένοις. Si nolissent Apostoli unius vel alterius testimonio de resurrectione Christi fidem habere, profectò tot ac tam probatæ fidei testibus, qui non solum ab Angelis Christum resurrexisse audierant, sed etiam ipsummet resuscitatum ac vivum conspexerant, credere debuissent. Ceterum ut Christus hoc loco discipulos suos objurgat propter incredulitatem & cordis duritiam, ita quoque ministri Ecclesiæ incredulitatem & ejus fructus, id est

est, omnis generis peccata in auditoribus suis tacent. Christus precatur discipulis pacem, consolatur eos, omnemque ex animis eorum terrorem eximere satagit, interim tamen non blanditur eis, nec in credulitatem & duritiam cordis in ipsis approbat, sed graviter accusat: sic Spiritus piorum erigendus & confirmandus, interim tamen carnis infirmitas & ejusdem fructus taxandi, & reprimendi, ut veteri homine in eis extincto & crucifixo novus quotidie refurgat, augetur & roboretur. Quod Christus ministerium institutus non solum pacem precatur, sed etiam incredulitatem accusat, ex eo colligitur, in ministerio prædicationem legis & Evangelii conjungendam esse. Ut enim pax illa per Christi mortem parata & in resurrectione ejus allatum locum habeat, oportet prius incredulitatem & peccata reliqua ministerio legis argui.

Quartum inter *τὰ σημεῖα* Christi hic apparentis locum obtinet *Scripturæ interpretatio*. Quamvis enim Christus sese videndum & contrectandum ad fidem resurrectionis suæ faciendam discipulis obtulerat: tamen quia principium fidei non est iudicium sensuum, qui falli possunt, sed Dei verbum, quod est immota veritas ac proinde unicum & *ἀκίνητον* fidei principium, ideo non contentus est visibili ac palpabili manifestatione resurrectionem suam discipulis demonstrare, sed deducit eos ad proprium ac innotum fidei principium ac fundamentum, dum conciones suas, quas de passione & resurrectione sua olim habuerat, in memoriam eis revocat & vaticinia Ver. Test. hac ipsa de re edita ipsis explicat. Pulchrè Augustinus tract. 2. in Epist. Joh. Cum Christus sepaliandum præbuisset, non illi suffecit, nisi de Scripturis confirmaret cor credentium. Prospiciebat enim nos futuros. In quo palpemus, nos non habemus, sed quod legamus, habemus. Si enim propterea illi crediderunt, quia tenuerunt & palpaverunt, nos quid facimus? Jam Christus ascendit in cælum, non est venturus nisi in fine, ut iudicet de vivis & mortuis. Unde creditorum sumus, nisi unde & ipsos palpantes voluit confirmari? aperuit enim illis Scripturas. Dicit autem Christus: *Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc vobiscum essem*, id est, memoriâ recolite verba mea, quæ toties ante passionem ac mortem ad vos locutus sum, in quibus non semel, sed aliquoties de passione, morte & resurrectione mea vos monui. Colligitur enim ex Evangelistis, Christum ad minimum quinque ex professo Apostolis prædixisse instantem mortem & resurrectionem suam, utpotè primò in finibus *Cæsareæ Philippî* Matth. 16. v. 21. Marc. 8. v. 31. Luc. 9. v. 22. secundò in *Gali læa* cum transigaret se coram eis in monte Thabor. Matth. 17. v. 9. & 12. Marc. 9. vers. 9. & 12. tertio, die statim sequenti post *curacionem Lunatici* Matth. 17. v. 22. Marc. 9. v. 31. Luc. 9. v. 44. quartò in *ultimo itinere versus Hierosolimam* Matth. 20. v. 18. Marc. 10. v. 33. Luc. 18. v. 30. quinto *die ante passionem* altero Matth. 26. v. 2. Has igitur prædictiones Christus in memoriam revocat discipulis, ut ex illis intelligant in passione ac morte nihil præter opinionem aut voluntatem sibi accidisse. Cur autem dicit, *hæc locutus sum vobis, cum adhuc vobiscum essem*, an non etiam eo tempore cum illis erat? Resp.

Harm. Tom. III, vel Gerbard, Cont. pars quinta,

erat quidem cum eis sed modo longè alio ac diverso, quo antea cum illis fuit: tunc erat in statu exinanitionis, jam verò in statu exaltationis: tunc in corpore mortali, jam verò in corpore glorificato ipsis aderat. Gregor. hom. 24. in Evang. *Neque enim cum ipsis non erat, quibus præsens corporaliter apparebat, sed tamen jam esse cum ipsis sese negat, à quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat.* Beda lib. 6. in Luc. c. 97. *In eadem carne resuscitatus erat, quam habuerat ante passionem, sed cum discipulis in eadem mortalitate non erat.* Usus habet hæc observatio in explicandis Scripturæ dictis, quæ adversarii præsentia Christi secundum utramque Naturam opponere solent. Matth. 26. v. 10. dicit Christus: *me non semper habetis.* Johann. 16. v. 28. *Relinquo mundum & vado ad Patrem.* Ex his & similibus dictis colligunt adversarii, Christum secundum humanam Naturam nobis non adesse. Atqui distinguere, debebant inter id, quod dicitur secundum quid, & quod dicitur simpliciter. Negat Christus se in mundo cum discipulis esse, non simpliciter, quia contrarium testatur Matth. 28. v. 20. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*, sed respectu habitò ad certum ac determinatum illum præsentia modum, quo in diebus carnis suæ more hujus sæculi cum discipulis erat. Quia verò in prædictionibus de passione, morte & resurrectione sua ad V. T. vaticinia Christus discipulos suos remiserat Matth. 26. v. 24. *Filius hominis vadit, sicut scriptum est de eo.* Marc. 9. v. 12. *quomodo scriptum est de Filio hominis, quod multa sit passurus & contemptui habendus.* Luc. 18. v. 30. *Consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis &c.* ideo etiam h. l. ex Mose, Prophetis & Psalmis vaticinia de sua passione, morte & resurrectione repetit. *Hæc (inquit) sunt verba, & οἱ οἱ λόγοι, hæc sunt sermones, quos locutus sum vobis, cum adhuc vobiscum essem, quod necesse foret impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me.* Qualis sit necessitas hujus impletionis, alibi expositum fuit, videl. non absoluta, quæ coacti fuerint Judæi Christum occidere, ut Scripturæ impleri possent, sed hypothetica, quæ Deus incorrigibiles Judæorum voluntates prævidens propter generis humani redemptionem in manus eorum, Filium suum occidendum tradere constituit atque id ipsum per Prophetas in V. T. prædixit. Athanas. orat. in passionem & crucem Domini p. 788. *Judæi sua voluntate inducuntur, ut ea facerent, neque sancti per sua verba necessitatem addunt negotiis, ut cogantur ita fieri, sed cum prævideant studia eorum voluntatesque, qui talia acturi sunt, rem, ut est futura, denunciant.* Cyrill. lib. 9. in Joh. cap. 10. *Quis adeò rationis ac mentis inops erit, ut Scripturam sancti Spiritus peccandi causam hominibus attulisset, unquam credere possit?* Et postea. *Quoniam ita nonnulli sponte facturi erant, idcirco præsciens Spiritus sanctus futura prædixit.* Theophyl. in cap. 13. Joh. *Non propter hoc, ut impleatur Scriptura, coactus fuit Judas prodere Christum, ut apparent veri sermones Scripturæ, id quod omni blasphemia plenum, sed ut sciamus, quod de hoc dixerit Scriptura, quem videmus nunc opus admisisse.* De hac necessitate consequentiæ sive hypothetica usurpatur vocabulum *δὲ*, Matth. 24. v. 6. c. 16. v. 56. Marc. 8. v. 31. Luc. 9. v. 22. c. 17. v. 25. & alibi passim. Syrus habet, *אין אלהים* equum, dignum, conveniens fuit v. 46. reddidit, *אין אלהים* justum fuit, convenit. *אין אלהים* impleri, usitata phrasi

phraſi dicuntur Scripturæ , quando reiſpâ eventit id, quod in eis prædictum, eſt enim perpetua ratio inter prædictionem & complementum , ac proinde accedente complemento vaticinia redduntur plena & perfectâ , inde etiam eſt, quod vaticinia tunc demum plenè & perfectè intelliguntur , quando ipſo rerum eventu comprobantur. Irenæus lib.4. adv. hæref. cap.43. *Omnis prophetia priuſquam habeat efficaciam, ænigmata & ambiguitas ſunt hominibus , cum autem venit tempus & evenit, quod Prophetatum eſt, tunc Prophetie habent liquidam & certam expoſitionem.* Obſervanda hoc loco partitio librorum V. T. ab ipſo Chriſto tradita in Moſen, Proph. & Pfalmos. Per Moſen intelligitur pentateuchus. Per Prophetas Joſua, Ruth, Judicum, Samuelis, Regum, Paralip. Eldræ, Eſther, Jobus, Prophetæ majores 4. & minores 12. *Pſalmorum nomine intelliguntur Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum.* Luc.24. verſ.27. dividuntur in *Moſen & Prophetas*, ubi Pſalmi Proverb. Eccleſ. Cantic. Prophetis accenſentur. Eadem diviſio extat Matth.11. verſ. 12. Luc.16. verſ.29. 31. Johan.1. verſ.46. Act.26. verſ.22. cap.28. verſ.23. Rom.3. verſ.21. proinde cum apocryphi ad nullam harum claſſium referri queant, ad Scripturas ſacras proprie ſic dictas referri non debent. Quæ verò fuerint vaticinia ex lege Moſis, id eſt, libris Moſaicis, Prophetis & Pfalmis à Chriſto adducta & diſcipulis expoſita, de eo in Hiſtoria proxima dictum fuit, illud hoc loco notandum, quod Chriſtus dicitur *aperuiſſe mentem diſcipulorum, ut intelligerent Scripturas*, id quod factum eſt, non ſolum exteriori vaticiniorum explicatione, ſed etiam internâ mentis illuminatione. Idem contigerat duobus in Emaus euntibus, quibus cum interpretatus fuiſſet Chriſtus ex omnibus Veteris Teſtamenti ſcriptis, quæ de ſua morte ac reſurrectione prædicta Luc.24. verſ.27. illi poſtea dicunt: *nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via & aperiret diſcipulis nobis Scripturas?* verſ.23. ita quoque hoc loco Chriſtus aperit mentem diſcipulorum & *συνίεσαι τὴν γραφάς* ut attenderent Scripturas, ac verum earum ſenſum perciperent. *συνίεσαι* uſurpatur Matth.13. verſ.23. de auditoribus illis, qui conferuntur ſemini, quod cecidit in bonam terram, qui verbum Dei non ſolum audiunt, ſed etiam intelligunt ac ſuſcipiunt. LXX. uſurpant pro *כח* 1. Sam.18. verſ. ult. Dan.1. verſ.17. &c. *industrius fuit*, adhibuit animum intentum ac diligens ſtudio. Item pro *בן* Eſai.43. verſ.10. quod proprie ſignificat intrinſecus in mente, certo ordine ac diſpoſitione intendere & conſiderare, qualis res ſit, ſicut domus ab architecto in ſuis habitaculis ac partibus conſideratur, vel ſicut illi qui pulchritudinem præclari alicujus ædificii pervidere ac penitus cognoscere cupiunt, qui non ſatis ſibi eſſe ducunt, illud uno aspectu totum contemplari, ſed ſingulas etiam ſibi partes accurate perluſtrandas ac ſeorſim conſiderandas putant. Senſus igitur eſt, quod Chriſtus in hac concione ex Moſe, Prophetis & Pfalmis vaticinia de morte & reſurrectione ſua adducens diſcipulos reddiderit attentos, ut ad quos fidei articulos ſingula dicta & Hiſtoriæ Vet. Teſtam. referenda ſint, cognoscere potuerint. Finita igitur hac explicatione vaticiniorum Vet. Teſtam. Chriſtus diſcipulis dixit & quali *συμπεράσματος* loco ſubjecit. *Sic scriptum eſt, (ὅτι eſt hoc in loco particula expletiva) & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertio die; q. d. quæ in paſſione & morte mihi contigerunt, ea in Vet. Teſtam. prædicta ſunt, ideoque impleri oportuit; ſed & reſurrectio in ſcripturis prædicta, ea igitur conſecuta non minus quam paſſio: denique prædicta eſt prædicatio hujus beneficii per paſſionem, mortem & reſurrectionem parti in toto orbe, eadem adhuc complenda reſtat, ſic enim illud scriptum eſt, accipi debet, ut ſit velut generale membrum ad paſſionem ac reſurrectionem Chriſti & prædicationem Evangelii in toto orbe referendum. Vaticinia autem in quibus cum paſſione, morte & reſurrectione Chriſti prædicatio Evangelii conjungitur, potiora hæc ſunt: Pſal.22. verſ.23. cum de paſſione Chriſti verbis perſpicuis prædictum, ſubjungitur in perſona Meſſiæ. *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio congregationis laudabo te, &c.* Pſalm.68. verſ.13. poſt prædictionem de reſurrectione & aſcenſione CHRISTI ſubjungitur: *decus domus dividet ſpolia*, id eſt, in Eccleſia, quæ eſt domus Dei, per verbum diſtribuentur beneficia in cruento illo prælio parata. Eſai.53. verſ.8. *De anguſtia & judicio ſublatus eſt, generationem ejus quis enarrabit?* verſ.10. Si poſuerit animam ſuam in ſacrificium, videbit ſemen, prolongabit dies, & Domini voluntas per manum ejus proſperabitur, &c. Perſonæ etiam huctypi Jonæ & Danielis. Quemadmodum Jonas ex ventre ceti, in quo per triduum delituerat, liberatus prædicavit Ninivitis pœnitentiam: ita Chriſtus ex ſepulchro tertio die reſurgens, juiſſit in ſuo nomine prædicari pœnitentiam & remiſſionem peccatorum. Quemadmodum Daniele à lacu leonum liberato, ediſto Regis cavetur, ne quis Deum Danielis ignominia afficiat, ſed ut omnes eum colant & adorent: ita Chriſto ex ſepulchri lacu egreſſo publicè prædicatur, cœleſtem Patrem, qui Chriſtum à mortuis excitavit, ab omnibus verum Deum eſſe agnoſcendum ac prædicandum. Hanc Evangelii prædicationem complectitur Chriſtus duabus præcipuis partibus, dicit enim & *pœnitentiam & remiſſionem peccatorum prædicandam eſſe.* Μετανοία à *μετ* & *νοεῖν*, quali dicās *poſt ſapere, mutare mentem in melius*, poſt erratum ad mentem redire, cujus compoſitionis triplicem rationem afferunt. 1. ut ſignificet poſt factum intelligere aut animadvertere erratum, ac tum demum ſapere. 2. ut ſignificet cogitatione revolvere factum, quia præpoſitio *μετ* aliquando idem valet, quod *trans aut denuo*, ut *μεταμορφωθῆναι*, transformare, *μεταποιοεῖν*, reticere opus. Sic *μετανοεῖν* id quod antè cogitaſti, denuo & aliter cogitare, animo recoquere & in aliam formam refundere. 3. Ut præpoſitio *μετ* idem valeat, quod *cum*, ſitque *μετανοεῖν*, cum animo aliquid reputare, non temerè ac ſine cogitatione aliquid facere, ſicut antea in peccando factum fuit. Hæcymologiæ Naturam *μετανοίας* pulchrè declarant, eſt enim in illa erroris agnitio & ſapientia poſt factum: deinde agnitio erroris deſtaſtio conjuncta cum voto, ut aliter eſſet factum, ac denique mentis mutatio, per quam conſilium mutatur in melius & major in agendo cautio adhibetur. Cum verò *μετανοίας* vocabulum accipiatur primò late*

latè pro integra pœnitentia Matth. 3. v. 2. 8. 11. c. 9. v. 13. Luc. 15. v. 10. Act. 2. v. 38. c. 19. v. 4. 2. Pet. 3. 9. Apoc. 2. v. 5. quæ est salutaris ad Deum conversio constans contritione & fide, secundò strictè pro sola contritione altera conversionis parte Marc. 1. v. 15. Act. 20. v. 21. inquirendum est, in qua significatione hoc loco usurpetur. Coniunguntur pœnitentia & remissio peccatorum; jam verò remissio peccatorum non contingit, nisi verè & salutariter ad Deum conversis, ergò pœnitentia accipitur non pro parte tantum conversionis altera, puta contritione, sed pro tota salutaris & vera conversione, quæ constat contritione & fide, ad quam nova obœdientia immediatè sequitur. Syrus emphaticè reddidit, ut predicaretur *חַיְבוּתָא לְשׁוּבָא לְדֵי חַיְבוּתָא* *conversio in remissionem peccatorum*, hoc est, eo fine pœnitentia prædicanda est, ut remissio peccatorum præcipuum illud passionis, mortis & resurrectionis Christi beneficium ab hominibus acceptetur. Christus quidem *propter peccata nostra mortuus est, & propter iustitiam nostram resurrexit*, Roman. 4. v. 25. sed horum beneficiorum non nisi per veram pœnitentiam participes reddimur. Qui enim peccata non agnoscit, nec odio habet, nec ab illis desistit, illi non potest peccatorum remissio contingere, inde Johannes pœnitentiam vocat *resurrectionem primam* Apoc. 20. v. 6. Apotolus vocat *spiritualem resurrectionem* Roman. 6. v. 4. sine qua Christi resurrectio nihil quicquam nobis prodest. Caterum cum hoc loco ministerium Evangelii in Nov. Test. prædicatione pœnitentiæ & remissionis peccatorum describatur; inde aliqui colligere voluerunt, *Evangelium propriè dictum esse prædicationem pœnitentiæ*, sed sciamus, distinguendum esse inter Evangelii vocem, quæ aliquando latè, aliquando verò strictè accipitur. In lata significatione prout totum ministerium Nov. Test. denotat, rectè dicitur, quod Evangelium sit prædicatio pœnitentiæ, quia Apostoli & ministri Ecclesiæ in N. T. non solum fidem & remissionem peccatorum prædicant, sed etiam pœnitentiam in contritione & fide consistentem. Sed si vocabulum Evangelii in stricta significatione usurpetur, pro gratuita scil. promissione de remissione peccatorum, non potest dici, quòd Evangelium propriè dictum sit prædicatio pœnitentiæ; sed cum pœnitentia complectatur & contritionem & fidem, idèd contritio ministerio legis, fides autem ministerio Evangelii prædicatur, de qua re in tract. de Evangelio latius dictum fuit. Hanc prædicationem pœnitentiæ & remissionis peccatorum Christus vult fieri *in suo nomine*. Dicitur autem in nomine Christi aliquid fieri, 1. quod ipsius iussu ac mandato sit. Sic Joh. 5. vers. 43. dicit Christus, *se venisse in nomine Patris sui*, hoc est, missum à Patre, quæ explicatio colligitur ex antitheli, *veniet alius in suo nomine*, h. e. non missus à Deo. 2. quod in ipsius persona sit. Sic Paulus in nomine Christi excommunicat incestuosum 1. Corinth. 5. v. 4. hoc est, in persona & loco ipsius Christi, cujus minister & Legatus erat, ita enim exponitur 2. Cor. 2. vers. 9. 3. quod ex fide in ipsius meritum sit. Sic jubemur invocare Patrem cœlestem *in Christi nomine* Joh. 14. vers. 13. h. e. verà fide in Christi meritum recumbente. 4. quod sit hoc fine, ut Christus agnoscat, invocetur ac colatur, ut verus Deus ac Media-

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

tor. Sic Apostoli baptizarunt *in Christi nomine* Actor. 2. v. 38. h. e. Baptismo obligarunt credentes ut Christum verum Deum ac Mediatorem agnoscerent, invocarent & colerent. 5. quod sit Christi præsentis efficacia & virtute. Sic Apostoli *in Christi nomine* fecerunt miracula Marc. 16. v. 17. hoc est, Christus eis præsens adfuit & ad miracula faciendâ virtutem dedit, ut ibidem hæc phrasis exponitur. Quando igitur Christus hoc loco dicit, *in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum prædicandam*, sensus est, quod Apostoli & ministri Ecclesiæ ipsius iussu, autoritate & mandato pœnitentiam prædicare debeant, quodque per ipsorum prædicationem velit esse efficax, & ratum habere quicquid suo loco & persona agant, quodq; fide in ipsius meritum verè pœnitentibus debeat contingere remissio peccatorum, hoc fine, ut in posterum ipsi ut vero Dei Filio ac Mediatori obœdiant, ipsum agnoscant, invocent & colant. Hæc omnia phrasis illa in Christi nomine complectitur: addit autem *initium huius prædicationis faciendum esse Hierosolymis*, & ex illo loco in omnes gentes prædicationem producendam. Illud ipsum etiam prædictum erat in Vet. Test. Quod enim attinet terminum à quo illius prædicationis, is diserte exprimitur Psalm. 110. vers. 2. *Sceptrum virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*. Esa. 2. vers. 3. *Ex Sion exiit lex & verbum Domini ab Hierusalem*, quod repetitur Mich. 4. vers. 2. terminus ad quem prædicationis Evangelicæ compluribus vaticiniis Veter. Testament. præfinitus, quò pertinent omnes prædictiones de vocatione gentium & universalitate regni Christi. Quare verò ab Hierosolymis initium erat faciendum? 1. ut impleverentur vaticinia jam adducta. 2. quia Messias peculiariter erat promissus Judæis, unde vocatur *minister circumcisionis*. Roman. 15. vers. 8. & Christus dicit Matth. 15. vers. 24. *se non esse missum nisi ad perditas oves de domo Israel*. Quò pertinet insigne illud encomium, quod Apostolus dat populo Israelitico. Roman. 9. vers. 4. *quod ipsorum sit quod Deus & gloria, & Testamenta, & legislatio & prophetiæ & promissiones*. vers. 5. *quorum Patres & ex quibus est Christus secundum carnem*. Roman. 3. vers. 2. *quibus concedita sunt verba prophetiarum*. Jam verò Hierosolyma est metropolis Judææ, ad quam ex reliquis urbibus omnes masculi quotannis tribus vicibus conveniebant, 3. ut gentes variis erroribus ac facinoribus implicatæ hoc maximè indicio divinæ pietatis ad spem veniæ provocarentur, quod eis, qui Filium Dei crucifixerant, peccatorum remissio contingeret. 4. Lyranus addit hanc causam: *Hierosolyma est in medio orbis habitabilis, idèd ab illo loco convenienter incepit prædicatio Evangelii, ut per Apostolos Christi aliosque discipulos circumquaque per orbem dispersos in omnem terram exiret sonus prædicationis eorum*. Hoc ergò Christi præceptum secuti Apostoli primò omnium Hierosolymis prædicarunt, ut constat ex Actorum Apostolicorum Historia, postea verò repudiati à Judæis ad gentes abierunt, sicut Act. 13. vers. 46. Paulus & Barnabas ad Judæos dicunt: *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitâ eternâ, ecce convertimur ad gentes*. vers. 47. *sic enim præcepit nobis Dominus*. Sed explicanda etiam phrasis huius loci, dicitur enim *ἀρχόμενον ὁρῶν ἱερουσαλήμ*, id quidam referunt ad Christum, sed huic

Q q 4 inter-

interpretationi reclamare videtur, quòd Christus non cœperit prædicationem suam Hierosolymis, sed in Galilæa, ideo Erasmus legit ἀρχαίων, quo modo etiam legit interpres vulgatus, ut referatur ad discipulos, qui in die Pentecostes Hierosolymis initium Evangelicæ prædicationis fecerunt, cum qua lectione verba sequentia optimè cohærent, *Vos autem testes horum.* Sed cum Græca exemplaria constanter legant ἀρχαίων, ideo non repudianda illa lectio, nec ullâ cum absurditate junctum, quòd Christus initium prædicationis Hierosolymis fecisse dicitur, id enim intelligendum est hoc modo, quòd per discipulos id fecerit, sicque phrasis illa in nomine Christi prædicari poenitentiam & remissionem peccatorum optimè explicatur, quòd scilicet ipsi Christo Apostolorum prædicatio attribuitur, cum ipsius nomine sit suscepta. Syrus reddidit: *אין תחילתן* principium fieri, sive ut principium fieret. Tandem addit Christus, Apostolos fore *testes horum*, putâ eorum, quæ hæcenus commemoraverat, in quibus præcipuum locum obtinet resurrectio ipsius, nec tamen excluduntur reliqua, quæ in diebus carnis suæ egit & locutus est. Has de se testificandi partes etiam alibi ipsis imponit. Joh. 15. v. 26. *Spiritus veritatis testimonium perhibebit de me.* v. 27. *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Act. 1. v. 8. *Accipietis virtutem Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Jerusalem & in omni Judæa & Samaria & usq; ad ultimum terre.* inde Act. 10. v. 39. inquit Petrus: *Nos testes sumus omnium, quæ fecit Jesus in regione Judæorum & Jerusalem, quem occiderunt, suspendentes in ligno.* v. 40. *hunc Deus suscitavit tertiâ die & manifestum eum fieri dedit.* v. 41. *non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo nobis.* Præcipua ergo muneris Apostolici pars est testari de Christo. Et ex hac Christi concione intelligimus, fructum resurrectionis esse universalem gentium per Evangelii prædicationem ad regnum Christi vocationem, siquidem per passionem, mortem & resurrectionem Christi τὸ μεστότοιχον τῆς Φραγμῆς, inter Judæos & gentes est sublatum Ephes. 2. v. 14. inde prohibebat discipulis ante suam passionem, *ne in viam gentium abirent* Matth. 10. v. 5. sed post passionem & resurrectionem *omni creature Evangelium prædicare jubet* Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15. inde etiam Petrus de resurrectione Christi in domo Cornelii Ethnicis concionaturus tali exordio utitur. *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* v. 35. *sed in omnigente, qui timet eum & operatur justitiam, acceptus est illi.*

Quintum inter τὰ ἔργα Christi est Ministerii institutio. Cum enim denuò pacem ipsis precatus esset, subjungit: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Discipuli jam ante ad ministerium à Christo vocati erant Matth. 10. v. 1. Luc. 9. vers. 2. sed in passione turpiter ipsum deseruerant. Christus igitur hoc loco denuò eos ad ministerium vocat & summum officium, Apostolatam scilicet eisdem commendat. Hanc vocationem solus Johannes, qui huic actioni interfuit, præ reliquis Evangelistis annotat, & digna est, ut accurate perpendatur, cum dignitatem & auctoritatem ministerii Ecclesiastici nobis proponat. Sic ergo inquit Christus: *Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.* Missus autem est à Patre cœlesti Filius duplici fine, 1. ad opus

redemptionis, de qua officii sui parte dicit Matth. 20. v. 28. *Filius hominis non venit, ut sibi ministraretur, sed ut aliis ministraret & daret redemptionem suam precium pro multis,* hoc modo non mittit Christus discipulos, quia unus est Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus 1. Tim. 2. vers. 5. qui torcular calcavit solus Esa. 63. vers. 3. secundò missus est Christus ad officium prædicationis, Joh. 1. v. 18. *Deum nemo vidit unquam, filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis.* Johan. 18. vers. 37. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* In hujus officii societatem recipit Christus Apostolos, ita tamen ut ipse maneat filius ac Dominus in domo Heb. 3. vers. 6. *superius Pastor & Episcopus animarum* 1. Pet. 2. v. 25. ideo ad docendum & prædicandum hoc in loco mittit Apostolos, nec vult absque vocatione eos in ministerium irruere, sed cœlestem & divinam vocationem expectare, Jerem. 23. v. 32. Act. 20. v. 28. Heb. 5. v. 4. sicut ipse non venit propriâ auctoritate, sed à Patre cœlesti in hunc mundum missus. Johan. 5. v. 43. *Veni in nomine Patris.* Consideremus autem quomodo & ad quid missus sit Filius in hac officii parte, & apparebit, quid ministris Ecclesiæ in sua vocatione incumbat. 1. Christus non est missus, ut regnum terrenum inchoaret vel partem ejus aliquam ad se pertraheret, sed ut Prophetam & concionatorem ageret. Deuter. 18. v. 18. *Prophetam excitabo in medio vestrum.* Esa. 61. v. 1. *Spiritus Domini super me, evangelizare pauperibus misit me, quem locum Christus Luc. 4. v. 18. ad se transfert, ita quoque Apostoli & reliqui ministri Ecclesiæ non sunt missi ad exercendum dominium politicum, sed ut verbum Dei prædicent.* Luc. 22. v. 25. *Reges gentium dominantur, vos autem non sic.* 2. Christus non est missus, ut suam, sed ut Patris cœlestis doctrinam prædicaret. Johan. 8. v. 27. *Ego quæ audivi à eo, qui misit me, hæc loquor in mundo.* Johan. 14. v. 10. *Verba, quæ ego loquor vobis, non à me ipso loquor.* v. 24. *sermo, quem audistis, non est meus, sed ejus, qui misit me, Patris.* Johan. 15. v. 15. *omnia, quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis:* ita quoque ministri non debent humana somnia proferre ac novas doctrinas fingere, sed verbum Dei pure ac sincere docere. Jerem. 23. v. 16. de Pseudopropheticis dicitur, *quod loquantur visionem cordis sui & non de ore Domini.* Contrâ verò ad Jeremiam dicit Dominus, cap. 1. v. 9. *Posui verba mea in ore tuo. Qui ergo loquitur, loquatur ut eloquia Dei,* 1. Pet. 4. v. 11. 3. Christus non est missus, ut novas leges ferret, sed ut veterem legem explicando ad poenitentiam homines vocaret Matth. 5. v. 17. cap. 9. v. 13. ita Apostoli & ipsorum successores Ecclesiæ ministri non mittuntur, ut novas leges ferant, sed ut doctrinâ divinæ legis homines ad agnitionem peccatorum deducant 1. Pet. 5. v. 3. *non ut dominantes populo.* 4. Christus missus est, *non ut mundum perdat, sed ut mundus per eum servetur,* Johan. 3. vers. 17. *Veni Filius hominis animas salvare, non perdere,* Luc. 9. v. 56. ita etiam mittuntur Apostoli, non ut prætextu Evangelii Reges ac Principes committant, bellis implicant, ac pro libidine opprimant, sed ut prædicatione verbi salutem hominibus afferant. 2. Corinth. 13. v. 10. *potestatem dedit mihi Dominus in adificationem & non ad destructionem.* Hæc capita collationis proposita sunt piis ministris ad doctrinam, ut ex illis agnoscant

scant, quæ sint muneris divini sibi demandati partes. Potest autem ex illis etiam cognosci, an Romanus Pontifex verè sit Christi vicarius & Petri successor, qualem se esse perpetuò gloriatur, cum tamen non prædicet Evangelium, sed dominium politicum exerceat; non Christi doctrinam, sed humanas traditiones urgeat, novas leges ferat & Dynastas adversus Christi confessores instiget &c. Potest etiam hæc collatio inter missionem Christi & Apostolorum consolationem præbere. Quemadmodum enim .j. Christus ita à Patre missus est, ut non fuerit solus relictus, sed per ipsius verbum fuerit efficax. Joh. 5. v. 17. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* vers. 18. *non potest filius à se quicquam facere.* Johan. 16. vers. 32. *relinquetis me solum, sed ego non sum solus, quia Pater mecum est:* ita quoque ipse per ministerium Apostolorum & aliorum piorum doctorum est efficax 1. Corinth. 15. v. 57. *labor vester non erit inanis in Domino.* 1. Cor. 3. vers. 6. *ego plantavi, Apollo rigavit, sed Dominus dedit incrementum.* 6. Quemadmodum etiam Christus non est missus, ut hic haberet dies bonos, sed ut per crucem intraret in gloriam Luc. 24. ita quoque ministri non quarant voluptates, honores & divitias, non aucupentur favorem mundi, sed parent se ad odia, calumnias & persecutiones in hoc mundo. Sic cum Christus Petro dicit, *Pasce oves meas,* Johan. 21. v. 17. mox subjungit, quid præmiiloco expectandum sit ipsi. *Extendes manus tuas & alius te cinget & ducet, quo non vis* vers. 18. Auditores ex his verbis Christi discant, ministros Ecclesiæ esse Dei Legatos. 1. Corinth. 4. vers. 1. *Sic nos estime homo ut ministros Christi & æconomos misteriorum Dei.* 2. Cor. 5. v. 10. *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Ergo loco Dei audiendi sunt ac recipiendi. Quemadmodum Christus dicit Johan. 5. vers. 23. *Qui non honorat Filium, is nec Patrem honorat,* & Johan. 12. v. 48. *Qui spernit me & non accipit verba mea, habet qui judicet eum.* v. 49. *quia ego ex me ipso non sum locutus:* sic de ministris à Christo missis statuamus, quod qui illos non audit, Deum ipsum contemnat. Luc. 10. vers. 16. *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit; Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.* 1. Thessal. 4. vers. 8. *Qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.*

Sextum denique inter res quæ à Christi in hac apparitione est clavium Ecclesiasticarum traditio. Postquam enim partes ministerii Apostolis denuò tradiderat & Spiritum sanctum mediante flatus organo ipsis contulerat, subjungit: *Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcumque retinueritis, retenta sunt.* Matth. 16. v. 19. in persona Petri omnibus Apostolis, imò toti Ecclesiæ promissæ erant claves regni cœlorum, quibus *ad solvendum & ligandum*, hoc est, ad remittenda & retinenda peccata uti debeant, ita enim hæc promissio explicatur Matth. 18. vers. 18. hic verò ipso actu claves Ecclesiasticæ Apostolis traduntur collatâ remittendi ac retinendi peccata potestate, quâ de resc cogitandum. Ecclesia est *domus Dei* 1. Timothy. 3. v. 15. Hebr. 3. v. 6. *Dominus hujus domus est Christus Dei Filius* Hebr. 3. v. 6. idem etiam est *lapis angularis ac fundamentalis,* Psal. 118. v. 22. Matth. 21. v. 42. Marc. 12. v. 10. *in quo omnis ædificatio constru-*

ta crescit in templum sanctum Ephes. cap. 2. vers. 21. *domestici* in hac domo sunt omnes credentes, *ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum,* v. 20. in hanc domum collati sunt omnes thesauri bonorum, quos Christus preciosa suâ passione ac morte promeruit, quales sunt gratia Dei, remissio peccatorum, justitia, donatio Spiritus sancti & vita æterna. Unde Irenæus lib. 3. adv. hæres. cap. 4. Ecclesiam vocat *dives depositarium omnium gratiarum & charismatum.* Mater familiæ in hac domo itidem est Ecclesia dilecta Christi Sponsa Plal. 68. v. 13. *Decus domus dividit spolia,* hostibus scilicet à Christo victore ademta. Neque absurdum alicui videatur Ecclesiam & domum Dei & matrem familiæ in hac domo dici, cum id fiat diverso respectu. Domus est respectu divinæ inhabitationis. Mater familiæ respectu administrationis ac divinæ dilectionis. Quemadmodum enim matrifamiliæ traduntur claves, quibus velut sedula ac fidelis promaconda victum, & alia necessaria familiæ includere & occludere debet: ita quoque Christus Ecclesiæ suæ tanquam sponsæ claves tradit, quibus ad remittenda ac retinenda peccata, adeoque ad aperiendum & claudendum regnum cœlorum uti lebeat. *Oeconomi ac dispensatores,* qui à cœlesti Patre familiæ vocati, Ecclesie sive matris familiæ nomine claves hæc administrant, sunt Ministri Ecclesie quos D. Apost. propterea vocat *ἀποστόλους τῶν κλειῶν καὶ οἰκονομῶν τῆς ἐκκλησίας* 1. Cor. 4. v. 1. illi ad remittenda ac retinenda peccata, h. e. ad aperiendum & claudendum hæc clavibus uti debent, custodiendo sc. thesauros tam caro precio à Christo Domino domus partos, atque illis solum distribuendo, quibus eos Pater familiæ distribuere iussit, reliquis autem occludant ac perpetuò cogitent rationem de administratione harum clavium olim redendam esse. Porro has claves dedit Christus hoc loco Apostolis, cum ex cruento prælio victor gloriosus rediret & spolia devictis hostibus ademta secum afferret Luc. 22. vers. 22. Quemadmodum enim arce expugnata victori solent claves tradi in signum victoriæ ac domini: ita Christus ex mortuis resurgens devicto Satanâ & inferno destructo exclamat. Apoc. 1. v. 18. *Eram mortuus, & ecce sum vivus ab æterno in æternum, & habeo claves mortis & inferni.* Has claves suo nomine administrandas Apostolis & reliquis Ecclesiæ ministris tradit, dum confert eis potestatem remittendi ac retinendi peccata, quo ipso monet, non in genere solum legis & Evangelii doctrinam in Ecclesia prædicandam ac cuilibet liberum relinquendum esse, an per veram conversionem, fidem ac novam obedientiam locum ei dare velit, sed eo modo has doctrinas tractandas esse, ut fiant claves, quibus impœnitentibus claudatur regnum cœlorum & infernus aperiatur, pœnitentibus verò & in Christum credentibus aperiatur regnum cœlorum & infernus claudatur, hoc est, Ministri Ecclesiæ impœnitentibus & in peccatis pertinaciter pergentibus ex lege iram Dei & æternam damnationem denuncient; pœnitentibus vero ex Evangelio gratiam Dei & vitam æternam polliceantur, idque non in genere solum, sed etiam in specie, ex quo intelligitur, quo sine privata absolutio & excommunicatio in Ecclesia sit retinenda. Atque hanc peccatorum remissionem & retentionem, quæ fit in Ecclesia, coram Deo verè efficacem esse, docet hæc Christi promissio:

sio : Quorumcunque remiseritis peccata . remittuntur eis ; quorumcunque retinueritis , retenta sunt , quod Matth. 18. v. 18. sic exponitur : Amen dico vobis , quod ligaveritis in terra , ligatum erit in celo , & quicquid in terra solveritis , in celo solutum erit. Vox ἀφέντες alibi de remissione peccatorum coram Deo usurpatur , ostendit igitur remissionem illam Ecclesiasticam coram Deo ratam & efficacem esse , κραταὶν violentam & fortem retentionem proprie significat , non quod ministri externam quandam vim impœnitentibus inferre debeant , sed veritas & efficacia hujus retentionis coram Deo exprimitur. Neque tamen privatâ autoritate atque arbitrio claves hæ sunt tractandæ , sed juxta verbi præscriptum & Christi institutum. Commissæ sunt hæ claves ministris Ecclesiæ ab ipso Christo , cui principaliter competunt , qui habet clavem David , qui aperit & nemo claudit , claudit & nemo aperit Apoc. 3. v. 7. illius ergo voluntatem & præscriptum in usu harum clavium respiciant. Commissæ sunt illis hæc claves , ut œconomis & dispensatoribus mysteriorum divinorum , cœlestis igitur Patris familias jussum atq; ordinationem in usu earum sequantur. Potestas remittendi ac retinendi peccata ipsis concessa non est ἀντοκρατορικὴ & authentica , sed tantum ministerialis , illis igitur peccata remittant ac retineant , quibus Deus illa vel remitti vel retineri iussit. Jam verò Deus voluntatem suam in verbo sic patefecit , quod agentibus pœnitentiam & in Christum credentibus velit remittere peccata , impœnitentibus verò , incredulis & securis peccatoribus eadem retinere , sicut plurima Scripturæ dicta testantur : eodem igitur modo Ecclesiæ ministri illis gratiam Dei annunciant , qui peccata ex lege agnoscunt , habent cor contritum , dolent de admisis peccatis , timent iram Dei & æternam damnationem , verâ autem fide in Christum vicissim se erigunt , à peccatis desistunt & vitam emendant. reliquis verò , qui ne legem , nec Evangelium curant , annunciant Dei iram & æternam damnationem. Atq; hæc denunciatio iræ divinæ non est fulgur ex pelvi , sed Deus ipse , cuius partes ministri in hac remissione & retentione peccatorum obeunt , per ipsorum ministerium verè efficax est. Unde Augustinus lib. quinquaginta homiliarum hom. 50. dicit : Verba hæc certiora esse quam omnia Regum edicta ac diplomata. Lutherus tom. 5. Jen. f. 232. b. Christus non dicit , quod ego solvo , vos solvetis , sed quod vos solvetis , ego solvam , q. d. Vos vestrum facite officium in terra , ego meum faciam in celo , quinimo quod vos facitis non opus est ut ego faciam , factum à me reputabo. Ut autem privato arbitrio non licet hæc claves tractare (quia clavis potestatis nihil operatur sine clave scientiæ , discretionis & pietatis) ita quoq; non licet eas ad negotia secularia applicare. Christus enim vocat claves regni cœlorum , & potestatem Ministris concessam ad remissionem vel retentionem peccatorum refert : abusus igitur clavium censendus est , quando Romanus Pontifex clavibus hæc mundi thesauros recludit & ad sese transfert , dum vendit indulgentias , dispensat in gradibus prohibitis , Reges & Principes è folio deturbat , subditos à juramento homagii ipsi præstito absolvit &c. ac velut insana mater familiaris claudenda aperit ; aperienda verò recludit , quia clavibus rectè uti nescit.

Atque hæc sunt τὰ πρᾶγματα & τὰ ῥήματα Christi

in hac apparitione , restat ut videamus , quomodo discipuli in ea sese gesserint. Illi 1. expavescunt & conterriti existimant se Spiritum videre. ἠκούσαντες est perterriti fieri , attonitum esse re aliqua , ac pavere. Exod. 19. vers. 16. usurpatur de populo audiente tonitrua & vidente fulgura horribilia in promulgatione legis. Jos. 7. vers. 5. ἐπὶ ὄψῃ ἡ καρδία λαὸς in Hebr. est ὄψῃ liquefactum est cor populi. Luc. 21. v. 9. usurpatur de terrore ex præliis & seditionibus orto. LXX. utuntur pro 777 Exod. 19. v. 16. Amos 3. v. 6. quod apertam & visibilem animi commotionem significat ; pro 777 animo abjici & consternari 1. Paral. 22. vers. 13. cap. 28. v. 20. & pro 777 commotus est , contremuit &c. Habac. 3. vers. 6. Syrus habet verbum 777 turbatus fuit , quod Luc. 1. v. 29. de Maria ad Angeli conspectum obstupescere usurpatur. Nec solum ἠκονδεντες sed etiam ἐμφοβοὶ expavescunt redduntur discipuli , sicut etiam φοβᾶσθαι & πλοῖν conjuguntur 1. Paral. 22. v. 13. cap. 28. v. 20. 2. Paral. 20. v. 6 &c. 1. Maccab. 13. v. 2. ἐπεσομος & ἐμφοβῶ conjuguntur. Luc. 24. v. 5. vox ἐμφοβῶ usurpatur de mulieribus conspectu Angelorum territis. Nondum confirmati erant discipuli de Christi resurrectione , expavescunt igitur & timent , quia incredulitas est meticulosa , terretur sonitu folii volantis Levit. 26. v. 36. fides contra in summis periculis est animo confirmato Ps. 23. v. 4. Ps. 46. v. 3. Ideo autem discipuli expavescunt & terrentur , quia repentinus Christi adventus per fores clausas injicit illis cogitationes de spectro. Vox πνεύματος in Scripturis usurpatur de divina Christi Natura Rom. 1. v. 4. 1. Cor. 15. v. 46. 1. Petr. 3. v. 18. inde quidam putant , Apostolos fuisse suspicatos , Christum secundum divinam tantum Naturam esse præsentem , non autem secundum humanam Naturam scilicet in eo ipso corpore , quod ex mortuis resurrexerat. Atque hæc explicatio utilem præbet doctrinam , quod conspectum divinæ majestatis in hac carnis infirmitate non possimus ferre , & quod Deus in sua majestate peccatoribus sit ignis consumens Deut. 4. v. 24. Heb. 12. v. 29. Filium igitur Dei assumisse hum. Naturam in personâ unitatem hoc sine , ut esset Mediator inter Deum & homines. Calvinus statuit , Apostolos existimasse , sibi in visione imaginem resurrectionis proponi : Non ita sui obliti erant , inquit , ut à prestigis sibi timerent. Quamvis autem sibi illud non putent , magis tamen hæc inclinant , sibi in visione per Spiritum proponi resurrectionis imaginem , quam Christum ipsum ; qui nuper in cruce mortuus fuerat , vivum adesse. Ita visionem fallacia suspectam non habebant , quasi inane esset spectrum , sed metu correpti tantum in Spiritu ostendi sibi putabant , quod re ipsa positum erat sub oculis. Spiritum ergo pro visione posuit Lucas. Sed ex Historia Matth. 14. vers. 26. Marc. 6. v. 49. colligitur , quod spectri suspicio in animis eorum oborta fuerit. Cum enim ibidem quartâ noctis vigilia Christus ad eos veniret ambulans super mare , turbati sunt dicentes : Φάντασμα ἐστὶ & πρᾶτιμωρ clamaverunt : ita quoque hoc loco videntes Christum clausis foribus ingressum in medio ipsorum stantem , putant se πνεύμα sive Φάντασμα videre , ideo terrentur & expavescunt. In Evangelio , secundum Hebræos , quo Nazaræi olim usi , πνεύμα dicitur h. l. Dæmonium incorporale , teste Hieronym. præfat. libri 18. super Esaiam , ubi sic scribit : Cum Apostoli eum putarent Spiritum , vel juxta Evangelium

ange

Evangelium; quod Ebraeorum leſitanti Nazarei, incorporeale Demonium, dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt &c. Ex eodem Evangelio procul dubio deſumptus eſt locus Ignatii in Epistol. ad Smyrn. Cum ad eos, qui cum Petro erant (Chriſtus) veniſſet, ait illis: Palpate me, & videte, quia non ſum Demonium incorporeum. Job. 20. v. 3. *Πνεύμα υψωθέν* dicitur viſio vel res aliqua perambulans in tenebris nocturnis, quæ terret homines. Orig. præfat. librorum *αὐτῶν* ex libro qui doctrina Petri appellatur, diſtincti Chriſti de Demonio incorporeo recitat. Tribuitur autem ſpectro appellatio *πνεύμα*, quia eſt mera ludificatio & præſtigiū Satanæ, qui eſt Spiritus nequam Judic. 9. v. 23. 1. Sam. 16. verſ. 14. Luc. 11. v. 26. Actor. 19. v. 15. &c. Poſſet huc referri, quod Chriſtiani audientes Petrum, quem in carcere arctè cuſtoditum noverant, præ foribus ſtare, ſubjungunt, *Angelus ejus eſt*, Act. 12. v. 15. vel quod Spiritum malum ipſius formam externam ſimulare ſtatuant, vel quod Angelum Petro cuſtodiendo datum ad eſſe & ipſius nomine aliquid nunciare velle exiſtiment. Ita quoque diſcipuli Spiritum ſive Angelum ſe videre hoc loco exiſtiment, de divina enim Chriſti Natura nondum ita erant confirmati, ut eam ab humana ſeparatam ad eſſe cogitarent. Apparet autem ex his diſcipulorum cogitationibus, quod prætextu veritatis humanæ Naturæ facile nobis imponat, ut vel negemus vel dubitemus de iis, quæ ultra & præter eſſentiales humanæ Naturæ proprietates ipſi ut homini data eſſe Scriptura aſſerit Matth. 14. verſ. 26. Marc. 6. v. 49. Apoſtoli coram intuentur & agnoſcunt corpus Chriſti eſſe, quod ſuper aquas maris ambulat; ſed quia contra Naturam veri corporis eſt ambulare ſuper aquas velut ſuper aridam, neque intelligere poſſunt, quomodo ſalvâ corporis veritate illud fieri poſſit, ideo cogitant, Chriſtum non ad eſſe vero ſuo corpore, ſed eſſe phantasma ac ſpectrum aliquod, quod in ſpecie illa appareat, ſed Chriſtus ſonorâ voce exclamat: *Nolite timere, ego ſum.* Quamvis verò diſcipuli Chriſtum in navem receptum adorent dicentes, *vere Filius Dei eſt*, hoc eſt, inde, quia cum corpore ſuo facit ea, quæ ſunt præter & contra Naturam, agnoſcunt ipſum verè eſſe Dei Filium, & quia agnoſcunt & credunt, quod ſit Filius Dei, non amplius dubitant, ſalvâ humanæ Naturæ veritate illud fieri poſſe: tamen hoc loco recidivam patiuntur & in eundem rurfus lapidem impingunt. Cum enim Chriſtus januis exiſtentibus & manentibus clauſis cum ſuo corpore veniret & in medio repente ſtaret, licet verbo & voce oſtenderet, quod ipſe eſſet dicens: *Pax vobis*, turbati tamen ac territi non ſolum Apoſtoli, ſed etiam illi qui paulò ante in Eniaus ipſum agnoverant & evaneſcentem viderant, putant non eſſe verum corpus Chriſti, ſed vel ſpectrum præſtigiū Diaboli oculis ſuis objectum vel Angelum, qui aſſumtâ externâ corporis ſpecie ipſis aliquid nunciare velit. Antequam Chriſtus appareret, dicebant, *ſurrexit Dominus vere, & Simoni apparuit*, jam verò cum Chriſtus clauſis foribus advenit, & in medio ſtat, redeunt ad priſtinam opinionem de phantasmate, nimirum quia cogitant penetrationem dimensionū in corporibus eſſe ex numero *ἑ ἀδυνασαν*, ac contra veri corporis Naturam eſſe, quod ingredi poſſit foribus exiſtentibus & manentibus clauſis. Chriſtus autem jubens in illo corpore, quod per clauſas fores

introduxerat, carnem & oſſa inſpici & palpari, utrunque oſtendit, ſcilicet & verum corpus ſe habere, & tamen in illo ipſo corpore ac cum eo plura ſe præſtare poſſe, quàm anguſtiâ intellectus noſtri percipiunt. At cum tot documenta Apoſtoli viderent & audirent, imò etiam palparent, Lucas tamen dicit, *ipſos nondum præ gaudio credidiſſe, ſed admiratos eſſe*: ex quo apparet, quàm arctè & tenaciter animos eorum occuparint argumentationes ac *ἀξιολογισμοὶ* ex veritate humanæ Naturæ in Chriſto contra ea, quæ corpori ſuo in verbo tribuit, ſi ſint præter & contra Naturam; ac proinde non eſſe mirum, quod in diſputatione de vera præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra cœna eadē argumentationes tantas turbas in Eccleſia excitent, ſed hæc exempla de ipſis Apoſtolis annotata moneant nos, ne prætextu argumentationum de veritate humanæ Naturæ Chriſti patiamur nos abduci à maniſeſto verbo, in quo talia de corpore Chriſti prædicantur, quæ quomodo ſalvâ humanæ Naturæ veritate convenient, nec explicare nec intelligere poſſumus. Vide D. Chemn. de duab. Naturis in Chriſto cap. 32.

2. *Intuentur & contrectant Chriſti membra.* Cum enim turbati eſſent ac variis *ἀξιολογισμοῖς* in cordibus ſuis ſecum ipſi diſputarent, ſitnè verum corpus Chriſti, quod præſens erat, an verò tantum phantasma quoddam? ibi Chriſtus corporis ſui veritatem demonſtraturus, jubet ipſos *videre*, hoc eſt, omnia lineamenta ac membra accuratè intueri, obſervare veſtigia clavorum in manibus ac pedibus, & carnem atque oſſa *contrectare*. Quamvis verò Evangeliſtæ verbis diſertis non exprimant, Apoſtolos Chriſti corpus eo modo vididiſſe & contrectaſſe, nullum tamen ſub eſſe poſſeſt dubium, quin huic mandato Chriſti obſequentes ſe præbuerint. Et colligitur id ex eo, quod Evangeliſtæ dicunt, Chriſtum poſt hanc invitationem ad videndum & contrectandum *oſtendiſſe Apoſtolis manus ac pedes ſuos*. Cum primis verò hoc ipſum evidens eſt ex 1. Johan. 1. v. 1. *Quod audivimus, quod oculis noſtris vidimus, quod per ſpeximus & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ.* v. 3. *quod vidimus & audivimus, annunciamus vobis*: ubi Johannes ipſe, qui huic apparitioni interfuit, verbum vitæ, incarnatum puta, à ſe contrectatum eſſe aſſerit. Hic Apoſtolorum intuitus & contrectatio confirmare in nobis debent fidem reſurrectionis Chriſti, quod in ipſo illo corpore, quod clavis in cruce confixum erat, ex mortuis reſurrexerit ac diſcipulis apparuerit. Nos ipſum ad dextram Patris exaltatum manibus corporeis tangere & contrectare non poſſumus, manu autem fidei ad noſtram ſalutem ipſum tangimus credentes verbo Evangelii Roman. 10. v. 6. & ſeqq.

3. *Denique gaudent viſo Domino.* Antea ob ignominioſam paſſionem & mortem ſui Magiſtri in ſummo mœrore conſtituti erant: jam verò de glorioſa ejus reſurrectione confirmati in lætitiâ animis reſolvuntur. Antea ſpectri ſuſpicio in animis ipſorum oborta in metum ac terrorem eos conjecerat: jam verò de Chriſti ipſius præſentiâ confirmati gaudent & triumphant, eſt enim oppoſitio inter το πνεύμα & τὸν κέρον. Hoc diſcipulorum gaudio impleta eſt prædictio Chriſti. Johan. 16. v. 22. *nunc quidem triftitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor voſtrum & gaudium voſtrum nemo tollet à vobis.* Quando Diabolus cordibus

dibus nostris spectrum quoddam loco veri Christi objicit, hoc est, quando Christum ex lege nobis pingit ut severum judicem ac vindicem, qui peccatores à se repellat & flammis infernalibus adjudicet, tunc pavor & tremor nos opprimunt: sed quando Christus voce Evangelii nos alloquitur, dicens: *Ego sum*, quando vestigia vulnerum suorum nobis ostendit & veritatem humanæ Naturæ, juxta quam est frater noster, considerandam proponit, tunc remotâ spectri opinione verum Christum intuemur & gaudio spirituali perfundimur. Hoc verò gaudium in hac vita non est plenum & perfectum, quia Diabolus non cessat nos suis spectris & præstigiis terrere, sed quando in vita æterna à facie ad faciem ipsum, sicuti est, intuebimur 1. Corinth. 13. v. 12. 1. Joh. 3. v. 1. tunc demum solidum & sincerum erit cordis nostri gaudium, quod nullâ tristitiæ ac terroris mixturâ amarescet, quodque in æternum nunquam teperet. In hac vita idem nobis contingit, quod Apostolis hic contigisse Lucas commemorat, quod videlicet nondum crediderint, puta plene

& perfectè remotâ omni dubitatione, sed mirati fuerint, perinde ut olim Patriarcha Jacobus audiens à suis filiis, Josephum in Ægypto vivere ac dominari, non crederet eis præ gaudio & rei, quæ nunciabatur, magnitudine. Genes. 45. v. 26. ita quoque majestatem & copiam beneficiorum cœlestium, quæ in verbo Evangelii nobis offeruntur, & in Christo gratis donanda promittuntur, angustia cordis nostri non potest complecti, ideo præ gaudio nondum plene & perfectè credimus, sed miramur; obstat nobis consideratio nostræ indignitatis, quò minus certò ac firmiter statuamus omnibus dubitationum spectris ex corde penitus remotis, etiam ad nos summa illa beneficia Christi passionè ac morte promerita verè pertinere, inde etiam gaudium nostrum non esse plenum & perfectum, sed quando remoto carnis velo Christum videbimus, tunc demum perfectè & sincerè in æternum gaudebimus.

*Moror abi, valeant cursu, mea gaudia Christus,
E tumulo pacem latitiarum, refert.*

CAPUT CC XIII.

CHRISTUS DENUO APPARET APOSTOLIS DIE POST RESURRECTIONEM OCTAVO PRÆSENTE THOMA.

JOHANN. 20. v. 24.

RATIO ORDINIS.

Seriem connexionis ostendit Evangelista, quando dicit, hanc manifestationem die octavo post priores esse factam. Manifestatio circa mare Tiberiadis hanc secuta est, ut colligitur ex eo, quòd Johannes dicit, *post hæc*, iterum se manifestavit Jesus discipulis ad mare Tiberiadis cap. 21. v. 1. Neque quicquam apud reliquos Evangelistas occurrit, quod inter priorem & hanc ipsam Historiam medio loco inferi possit aut debeat. Quòd enim attinet manifestationem factam Jacobo, cujus meminit Paulus 1. Corinth. 15. v. 7. ea, si velimus ordinem textus sequi, contigisse intelligitur, non uno vel altero post resurrectionem die, sed post magnam & generalem illam apparitionem, quæ in Galilæa coram fratribus plus quam quingentis facta est. Hoc enim ordine Apostolus manifestationes Christi recenset, quod 1. visus sit Cephâ sive Petro, 2. duodecim Apostolis, 3. plus quam quingentis fratribus simul, 4. Jacobo, 5. Apostolis omnibus immediatè scilicet ante ascensionem, 6. sibi tanquam minimo Apostolorum scilicet post ascensionem. Cùm verò inter Apostolos duo fuerint Jacobi, alter filius Zebedæi, frater Johannis ab Historicis dictus *Jacobus major*, quem Herodes gladio occidit Act. 12. v. 2. alter filius Alphæi dictus cognomine Justus, & frater Domini, Galat. 1. v. 19. *Jacobus minor* Marc. 15. vers. 40. qui referente Eusebio fuit constitutus Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, tandem

ex pinna templi dejectus, lapidibus obrutus & instrumento fullonis percussus &c. quæritur, utri horum seorsim Christus apparuerit? Paulus id manifestè non explicat, sed scriptores Ecclesiastici uno ore testantur, Christum apparuisse Jacobo Alphæi filio, quem Paulus vocat *fratrem Domini*, Galat. 1. v. 19. hoc est, consobrinum, quia Maria, Alphæi uxor fuit soror uterina Mariæ *fratris* Joh. 19. v. 25. Hieronymus in catal. script. Eccles. in Jacobo cap. 2. ex Evangelio Nazaræorum in Græcum & Latinum sermonem à se translato, de hoc Jacobo scribit, *quòd juraverit, se non comesturum panem ab illa hora, quâ biberit calicem Domini, donec videret ipsum resurgentem à mortuis, itaq; Christum postquam resurrexisset, apparuisse ei & dixisse, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus.* Sed hac ratione manifestatio facta Jacobo vel in ipsum resurrectionis diem, vel tempus proximè sequens referenda esset, cùm ultra dies tres vel quatuor plenum jejunium sine insigni læsione valetudinis protrahi nequeat. Hanc ergo Hieronymi relationem ex libro Apocrypho desumptam & descriptioni Evangelistarum non satis congruentem meritò improbamus. Baronius in annal. ann. 34. numer. 183. narrationem illam Hieronymi amplectitur, cum non sit ex apocrypho libro petita. Quasi verò Evangelium imò hæreticorum Ebionæorum proprium & ab ipso Papa Gelasio inter reprobos libros nominatum